

Jm
56





Dissertationem
THEOLOGICO-PRACTICAM
De
CATECHESI,
Juvante DEO,

&
Summe-Venerando Collegio Theologico
consentiente,

in

PHILYREA ILLUSTRATA,
Sub
PRÆSIDIO

Viri Maxime-Reverendi atque Excellentissimi
DN.

D. VALENTINI ALBERTI,
Philosophi & Theologi apud Lipsienses ce-
leberrimi, Præceptoris & Promotoris sui æternum
devenerandi,

add. XXI. Augusti, ANNO M. DC. LXXXVIII.

In Auditorio Theologico

horis consuetis

instituet

M. CLEMENS Thime / Cizensis,
Alumnus Electoralis.

LIPSIÆ, b. 1. 21.
Typis CHRISTOPHORI GUNTHERI.



Reverendissimo & pientissimo

DN.

D. PHILIPPO JACOBO
SPENERO,

Serenissimi ac Præpotentis Electoris Saxoniae,
in Ecclesia aulica Nathani religiosissimo,

Consiliario Ecclesiastico intimo,
Ecclesiarum Saxonicarum omnium Præsuli venerandissimo;

Theologo *περακτιωτάτω;*

Catecheseon Doctore pratico,

Bonorum Catechetarum

strenuo Antecessori & perfectissimo exemplo;

vero seculi hujus Origeni,

(qui piæ antiquitati a catecheseon opera exercenda in primis
commendatur;)

studiorum meorum

benignissimo Censori & maximo Promotori;

dissertationis hujus

primario auspici, ac æquisimo Judici;

eam, fructuum,

congressibus atque colloquiis Ejus piissimis,

(a quibus discessi semper melior)

hactenus perceptorum tenues primitias,

in devotissimæ mentis meæ *τεκμήριον* &

ulterioris promotionis *ὄρμητήριον*,

meo in CHRISTO Parenti

filiali affectu maximopere venerando,

L. M. Q. D. D. D.

filius fidei devotissimus, cliens humillimus,

Respondens.

V I R O

Maxime-Reverendo atq; Excellentissimo,

DN.

D. VALENT. ALBERTI,
Serenissimi ac Præpotentis Electoris Saxoniae

In Academia Lipsiensi Professore celeberrimo,

Consistorii Lipsiensis Assessori gravissimo,

Alumnorum Ephoro spectatissimo;

Theologo *διδασκωντάτω;*

Catecheseon Doctore Theoretico,

Bonorum Catechetarum

fidelissimo Hodegetæ & felicissimo instructori;

Vero seculi hujus Augustino,

(qui piæ antiquitati a catecheseon opera præscribenda in primis
commendatur;)

studiorum meorum

fidelissimo formatori & paterno Curatori;

dissertationis hujus

gravissimo Antistiti ac optimo Præsidi;

eam, fructuum e

collegiis doctissimis, (a quibus nunquam discessi indoctior)

hactenus perceptorum tenues primitias,

in gratisimæ mentis meæ *τεκμήριον* &

ulterioris informationis *όρμητήριον,*

meo in Philosophia & Theologia Præceptori

studiosissimo animo audiendo & suspiciendo,

L. M. Q. D. D. D.

disciplinæ Theologicæ alumnus, auditor addictissimus,
Respondens.



Προσφωνήσις

ad

Eruditum benevolumq; Lectorem.

Rom. xii.
ii.

CUM specimen quoddam studii Theologici autoritate eorum, quibus parere nolle impium foret, adductus exhibere impræsentiarum pararem: qualem rerum materiem hoc tempore præsertim eligerem, penitus cogitanti illud Apostoli statim incidit: *Τῷ καιρῷ δελεούοντες*. Tritum autem satis & vulgo notum, quod in Ecclesiis Electoratus Saxonici de *Catechesi* institutum & in effectum deduci plurimis locis jam coeptum fuit: huic igitur inhærere eo citius decrevi, quo recentius adhuc erat, mihiq; convenientius videbatur, quod videlicet, sacrum Theologiæ studium a rudimentis suis, quæ catechesibus traduntur, justo, uti reor ordine, me exorsum fuisse, libenter ostendere vellem. Cæterum & hæc spei ac desiderio singulorum non omnino satisfactura esse, facile mihi persuadeo: quapropter, Lectores meos ea, qua decet, reverentia rogo precorq; ut levidense ac tenue specimen hoc æqui bonique consulant, illius ætatis foetum, qua, ut cum *Fabio* loquar: *Et veria est, ac spes Et favor, Et audere non dedecet, Et si quid desit operi, etas possit supplere*, memores præcepti sapientium veterum, qui jubent: *tempori parere Et sequi Deum, Et se noscere Et nihil nimis*. Faxit autem DEUS Ter Optimus Maximus cuncta evenire FELICITER!

Cic. de fin.
sub fin.

In

I. N. J.

THESIS GENERALIS.

CATECHESIS est institutio in Religione prima, a catecheta cum catechumenis e catechismo, more catechetico in DEI gloriam, & catechumenorum fidem atque salutem facta.

CAP. I.

Didactico-Practicum.

§. I.



Definitum est Catechesis, ex illarum vocum Definitū. numero, quas Ecclesiasticas & Patristicas dicimus, cum quibusdam cognatis, quales sunt: Κατηχητής & κατηχιστής, κατήχησις, κατηχούμενα, κατηχισμός, κατηχούμεναιον.

Vid. Lexicographi; Svicerus imprimis in *Thesaurō Ecclesiastico e Patribus Gr. concinnato.*

§. 2. Originem autem suam deducit cum cæteris ἀπὸ τῆς κατηχέειν, quod est verbum biblicum & in N. T. octuplici vice occurrit; (a) compositum ex κτ̄ ac ἡχέω, cujus primitiva sunt ὁ ἡχέω, sonus it. ἡ ἡχὼ Echo, sonus reciprocus; indeque proprie significat, sonando resonare: (b) μεταφορικῶς autem & usitatus, instituire aliquem eo modo, ut non tantum vox docentis, sed & responsio audiatur discantis, inque omni quidem doctrinæ genere,

A 3

præ-

præcipue tamen disciplinæ alicujus elementis, (c) ac speciatim religionis Christianæ.

(a) Luc. I, 4. Act. XII, 25. XXI, 21.24. Rom. II, 18. 1. Cor. XIV, 19. Gal. VI, 6. (b) Scapula in hanc vocem e Vitruv. l. 5. c. 8. κατηχῶντες τόποι. Chrysof. Cateches. ad illuminand. T. V. edit. Paris. f. 140. propterea & Catechesis dicitur, ut nobis & absentibus sermo noster resonet (ἐνηχῆ) in mentibus vestris. Imo Catechumeni (proprie loquendo,) sæpius easdem voces resonabant, quas a Catechistis suis quasi acceperant; ut: Credis hoc? credo; Abrenuncias? abrenuncio &c. (c) Lucianus apud Scapulam. d. l. ἐμὲ δὲ παρέδωκεν ἀπελευθέρῳ τινὶ τῶν ἑαυτῆς νεκρίσκων, ἢ εἶπε κατηχεῖν ὅσα ποιοῦν μάλιτα, ψυχαγωγεῖν αὐτὸν δυνάμην.

Homonymy-
aia. §. 3. Catechesis igitur vi etymii redditio ejusdem vocis per reciprocum sonum circumscribi potest: & per metaphoram pro ea docendi ratione, qua aliquid a doctore viva voce traditum ab auditore vicissim reposcitur, vel generaliter in quavis doctrina, vel specialiter in disciplinæ alicujus elementis, sumitur: quæ significatio posterior rursus duplex est, sacra nimirum & profana: nobis non de hac, sed illa, quæ circa elementa religionis Christianæ versatur, sermonem esse nemo non videt.

è Porphyrio in principio Ομηρικῶν ζητημάτων. ἡμεῖς δὲ ἐν τῆς παιδικῆς κατηχήσεως ἀνοῶμεν, μᾶλλον ἐν τοῖς πλείστοις, ἢ νοῶμεν. VValth. Glor. Catech. p. 4.

§. 4. Catechismus, qui elementa illa continet, vocatur etiam Catechesis: at nobis hic loci vocabulum catecheseos totam rationem doctrinæ Christianæ elementaris, τῆς ἀναπαμειβομένης, designat, in latiori conceptu; ut & materiam (catechismum) & formam (catechesin strictè dictam) comprehendat.

Homonymy-
ia. §. 5. Informatio hæc catechetica vulgo appellatur institutio puerilis (Kinder-Lehre) non ab objecto reali, verum personali partim, partim actu formali: catechumeni enim, cum quibus catechesis instituitur, sunt pueri ac puellæ, vel ætatis & ruditatis simul, vel hujus, in divinis scilicet, (d) tantum, quamvis non illius (e) respectu; forma vero simplex, facilis, captui rudiorum probe accommodata, uno verbo, puerilis esse debet. Vocatur quoque examen catecheticum; ut taceam a quibusdam etiam catechismum (f) dici, & usitate catechizationem.

(d) non

(d) Non autem hic respiciendum est ad myfteriorum, quæ in catechesibus proponuntur, qualitatem; hac enim ratione omnes propheta & sancti perpetuo manent discipuli illius (catechismi) & manere necesse habebunt, quæ sunt verba B. Luth. in præfat. catech. maj. p. 395. ex edit. Lipsiens. qui illud suomet exemplo etiam aliquoties comprobat, *ibid.* p. 392. lit. ad D. Just. Jon. & in Ps. 126. T. IIX. VVitteb. f. 57. & T. V. f. 117. n. 125. T. V. Jen. Germ. p. 147. a. Brentii & Bugenbagii seu Pomerani, Doctorum itidem celeberrimorum exempla addit Cannabaus in Exam. Catechet. qu. 3. p. 3. conf. D. Zeemann. in præfat. compend. Brentio Lutherani, a D. Donnero editi: Sed cognitionis illorum quantitatem, quæ a nobis in sacris literis exigitur & in terris adhuc haberi potest, conf. 1 Cor. XIII, 9.-12. & XIV, 20. Eph. IV, 13. 14. (e) Ef. LXV, 20. S. Paulus 1. Cor. III, 1. adultos vocat infantes, non ætate, sed in Christo, h. e. in iis, quæ ad Christum spectant. D. Pflacher in Catechif. Conc. 1. P. 1. p. 260. mavult pro Kinder-Lehre dici Christen-Lehre eo quod omnibus Christianis, junioribus pariter ac adultioribus communis sit (f) B. Carpz. Isagog. in Libb. Symbol. p. 942.

§. 6. Hæc de Definito. Definitio ipsa resolvitur in genus Definitio ac differentiam: Illud est institutio in religione non quævis, sed Causæ. prima; hæc a causis efficiente, materiali, formali & finali desumitur. Efficiens. Quapropter agendum nobis primo de Efficiente.

§. 7. DEUM ipsum primarium & principalem Cateche- Principa- feos autorem merito hic constituimus: quum in veteri testamento lis, eam non solum præcipiat, (g) sed & immediato exemplo in adorando tam compendiose Decalogo quasi præeat; (b) & CHRISTUS, tempore novi fœderis, idem adhuc clarius efficiat. (i)

(g) In genere, Deut. VI, 7. in specie Exod. XII, 26. 27. (h) Exod. xx, 1. 17. (i) præcipit enim, Matth. xxix, 19. e quo solo B. Dannb. necessitatem officii catechetici totius more suo, h. e. solide & eleganter deducit, T. IIX. Laët. Catech. P. II. Conc. XX. n. 7. p. 436. seqq. præscripsit in compendio, Orat. Domin. Matth. vi, 9.-13. Luc. xi, 1.-4. instituit Sacramenta, Baptismi Matth. xxix, 19. 20. Marc. xvi, 16. S. Eucharist. Matth. xxvi, 26. 27. 28. prævit, Matth. xii, 51. xvi, 13. 15. Joh. xi, 26. 27.

§. 8. Deinde Ecclesia instituti hujus curam sibi a Christo, Subordi- sponso suo, serio injunctam esse omnino existimare debet. nata.

Cui enim concredita verbum & sacramenta sunt, ei cæterorum quoque ad plenam verbi prædicationem & administrationem sacramentorum legitimam facientium constitutionem incumbere, dicendum est: At illud ex Ps. LXIX, 19. 13. 1. Tim. III, 15. quemadmodum de Ecclesia Israelitica, è Rom. III, 2. ix, 4. patet; E. & hoc concedendum est. Sic potestas

itas clavium, Matth. xvi, 18. 19. xlix, 16. -- 20. sic alia omnia, 1. Cor. III, 22; sic & Catecheseos institutio & directio Ecclesiae sunt.

§. 9. Quod Jus delegatum cum Ecclesiae universae remaneat: illius exercitium tamen *Magistratus* curae optime traditur vel relinquitur.

Conf. B. Gerb. LL. Theol. T. VI. p. 47. §. 85. n. 3. & p. 63. §. 112. n. 1. edit. fol.

§. 10. Hujus igitur officium (l) postulat, ut ad catecheses & materialiter & formaliter instituendas, dirigendas & conservandas, potestatem suam externam, tum νομοθετικὴν (m) tum κολαστικὴν, (n) consentiente Ecclesia consulto ve ministerio sacro, per consistoria bene constituta & magistratus subordinatos exercent.

(l) Cui incumbit cura religionis & potestas circa Ecclesiastica externa omnia & regimen Ecclesiae, ejusdem est Catechesin quoque instituere; quia haec ipsa ad religionis promotionem, scholarum integritudinem & pietatis subditorum incrementum multum momenti affert: At prius verum est, 1. Tim. II, 2. Theodosius & Valentinianus, uterque Imperator, in lib. 3. Cod. de summa Trinit. Decere arbitramur nostrum Imperium, subditos nostros de religione commonefacere. Probant inter alios Dedekenn. volum. 2. Consil. sect. 3. p. 37. seq. Carpzovius Def. Consistorial. l. 1. Tit. 1. Def. 1. & 9. Keinkingius, Polit. Bibl. l. 2. axiom. 30. 31. conf. Gerb. c. l. p. 304. §. 174. E. & posterius. Reges vocantur nutritii & Reginae lactatrices Ecclesiae, Es. xlix, 23. lx, 16. quod haec ab illis inter alia etiam lacte catechetico ali ac enutriri debeat. Et quomodo Magistratus erit custos utriusque Tabulae Decalogi, secundum Deut. xvi, 18. 19. 2. Reg. xi, 12. qui primam catechismi partem facit, nisi hunc subditis suis in Catechesi diligenter inculcari procuret? Recte itaque Pl. Reverend. D. L. Fecht, Baaden-Durlacens. Theologus ad Ep. Marbach. in appar. c. VIII. p. 289. judicat: Ut sanctum atque salutare hoc institutum non destitueretur felici successu, Magistratus auctoritatem intervenire oportere, cum Jac. Andreae, magni illo nominis Doctore sup. sec. in P. IV. Ep. XCVII. Ea enim deficiente, pergens, quis reluctantes ad officium compellet? quis ordini isti decus asseret & existimationem? (m) Theol. V Vitteb. Consil. T. I. p. 788. a. (n) in catechetas & catechumenos, salutari huic instituto malitiose & obstinate reluctantes: quod ad illos, Luth. praef. catech. maj. p. 394: praesertim, qui parochi & concionatores &c. & Dedekenn volum. 1. B. p. 371. ex D. Paulo Tarnobio videantur: quod ad hos, Pl. xxxii, 9 & Lutherus iterum praefat. catech. min. p. 361: si efferatis illis hominibus indicent, eam Principis esse sententiam, ut in exilium aliquo delegentur, & ejiciantur e patria. Magistratus vero. ejusmodi potestatis exercitium esse, exemplo Salomonis, 1. Reg. II, 27. & testimonio Div.

Div. Pauli, Rom. XIII, 1. 3. 4. docemur: vi quorum & in Doctores Ecclesiæ, partem hanc muneris sui vel malitiose negligentes vel oscitanter obeuntes, & auditores, proterve refragantes, serio animadvertere tenetur; nec est, ut objiciat quisquam: catechumenos ad frequentandum catecheses adigi, coactionem ad fidem sapere: probe enim discernenda sunt a fide fidei media; *Non dominamur fidei vestrae*, recte dicitur 2. Cor. I, 24: quis autem negabit, pium Magistratum, cui subditorum pietas & salus non minus æterna & spiritualis, quam corporalis, debet curæ & cordi esse, pervicaces & obstinatos homines etiam adhibita vi externa ad auditum verbi, frequentationem templi, catecheson &c. compellere posse? Ita Lutherus d. l. *quanquam enim sic sentiam* &c. coll. Carpz. *Isag.* p. 946. ex Phil. Melanchth. *Post.* P. III. p. 152.

§. II. Habentur autem catecheses a *catechetis seu catechistis*: qui sunt primo quidem Christiani omnes ad opus hoc peragendum idonei, duabus de causis: (1) ex præcepto charitatis Christianæ, quod omnes obligat: ignorantem erudire. (2) ex officio sacerdotii spiritualis, quod itidem omnium est, & consistit in sacrificiis spiritualibus, precibus ac *institutione aliorum*.

Ministerialis, conjunctim.

(1) Exemplo Aquilæ & Priscillæ, Act. XIX, 26. (2) 1. Petr. II, 9.

§. 12. *Distincte vero ministri Ecclesiæ*, vel peculiari nomine ita dicti *Catechetae*, (o) legitimo modo, ad officium catecheticum quoque vocati. (p)

Distinctim.

(1.) Minister Ecclesiæ.

(o) Ita olim in Ecclesia Apostolica officium catecheticum distinctum fuisse ab aliis muneribus Ecclesiasticis probabile reddit eorum distinctio, Eph. IV, 11. 1. Cor. XII, 5. 28. coll. Act. XIII, 1. XV, 22. & quod Gal. VI, 6. *Catechetae* peculiaris mentio fiat, sicuti 1. Cor. IV, 15. *Pædagogorum*. De Ecclesia autem, post Apostolorum tempora, idem ex H. E. certum est. Sed antiquatis hisce & abrogatis, postea catechizandi officium ad ministros Ecclesiæ hodie sic dictos translatum est, quibus etiamnum præcipue incumbit. A quibusdam tamen Ecclesiis mos ille non illaudabilis adhuc servatur, v.g. Zittaviensi, sup. Lusar. quæ peculiarem habet catechetam; & ab aliis in hanc rem constituti sunt Adjuvantes, ad imitationem forte Ecclesiæ Apostolicæ, quæ itidem opitulationes suas (*ἀντιλήψεις*, abstractively per meton. effecti) habuit, 1. Cor. XII, 28. v.g. ab *Argentoratensi*; sicuti e constitutione ejus Ecclesiastica: &, idem a *Deputatis ministerii Meckelb. in conventu quodam sup. sec. habito consultum, ac a Magistratu politico tunc temporis approbatum fuisse*, refert B. Schröderus in libello, *die Zucht-Posaune/ vocato*, von I. Haupt Greuel. Neque desunt, qui ordinem illum in Ecclesias omnes denuo introduci, gravissimis rationibus moti, desiderant, e Theologis nostratibus summi Viri, B. Dannh. *Lact.* T. I. *Conc.* II. *Proæ-*

B

mial.

mial. p. 19. Scriberius πρῶτον ὁμιλοῦν, Seelen-Schatz P. II. Conc. IV. §. 12. p. 419. &c. (p) Quicumque enim vocatur ad prædicandum verbum & administrandum sacramenta, ille hoc ipso ad officium catecheticum quoque vocationem accipit: cum illud sit & species prædicationis verbi & necessarium antecedens administrationis Sacramentorum; quod e paullo post dicendis patebit. Quantum autem ad instrumenta vocationis, in his non semper expressa catecheseos fit mentio, sed τὴν διάνοιν subintelligitur: melius tamen rei huic prospicitur, quando officium habendarum catecheseon in illis τὸ πρῶτον etiam exprimitur; quod in Ecclesiis Reformatis observari, fere colligo e Voetii Polit. Eccles. P. I. L. II. Tr. III. C. 1. §. 3. Qu. II. p. 841.

§. 13. Non igitur quivis promiscue Catechisationem Ecclesiasticam habere potest, nisi propiori indagatione orthodoxus & ad docendum idoneus inventus, declaratus & vocatus fuerit.

Ex eadem ratione: quia catechesis a prædicatione publica non re, sed modo differt; sicuti autem hæc prærequirit vocationem, juxta Rom. x, 15. Ebr. v, 4. Jac. III, 1. Jerem. xxiii, 21. quod contra Socin. Ana. bapt. VVeigelian. Arminian. B. Scherz. System. Def. XXV. p. 696. notat: ita & illa.

§. 14. Nec magis ab hac opera catechizandi alii ministri verbi, ubi catechetæ peculiare non constituti sunt, se eximere possunt, quam a concionibus, præsertim catecheticis.

Nonnullis equidem persuasum est, nobiliorem officii Ecclesiastici partem esse, pro suggestu pulcre, ornatè & suaviter dicere &c. catecheticas vero juventutis institutiones tanquam dignitate atque excellentia sua longe inferiores, nec quidquam in se, quod gravitatem ipsorum deceat, complexas, alto supercilio contemnentis, puerilem hanc operam ludimagistris relinquunt, aut si quid huic rei laboris ex seriis atque majoribus negotiis decerpunt, ita tumultuarie, ita negligenter in ea versantur, ut præsentiam tantum suam commodasse, non admovisse operi manum videri queant: quæ juxta satis cordati Durlacensis Theologi querela est l. c. p. 289. At longe aliud B. Luth. præf. catech. min. p. 360. Per Deum igitur &c. Matthæus Vogelius, Cænobii Alperspachensis in Ducatu VVürtenb. Abbas, Thesaur. Theolog. L. XI. p. 360. Olearius Indice Balduin. general. Theol. Moral. P. II. Syntagm. 1. c. 1. sect. 2. art. II. §. 3. observ. 4. (è Balduin. p. 768. §. 1.) p. 367. 368. Dannh. T. IIX. P. II. Conc. XX. §. 14. Brochm. System. T. II. p. 331. Schröderus, c. 1. Per-Illustr. Dn. Seckendorff. Christen-Staat III. III. 2 p. 473. seq. Reverendiss. Spenerus tam verbis Conc. Inaugural. Dresdens. p. 414. 415. Hospit. Lipsf. ante annum habita, p. 119. tr. Natur und Genade/ dedicat. p. 41. 42. atque subjuncto exam. Conscient. status Ecclesiastici, p. 339. 340. 341. quam lauda-

laudatissimo exemplo, t. Francof. (*dedicat. Catech. explic. lit. a. 6.*), cujus Ecclesiae praecordia opera hac optime quidem merita modestissime tamen deprecatur in *Conc. valedict.* p. 332. t. etiamnum Dresdae Electoralis, zelo sancto, mira industria, ac felici successu praestito, docent & demonstrant. Quibus non possum non hic loci subjungere verba prisca cujusdam Catechetæ, *Joh. de Gersono*, Cancellarii Academiae Parisiensis, quæ decatechizatione facit *P. II. Opp. tr. 34. de pueris ad Christum trahendis*, (secundum Matth. XIX, 14.) *considerat. 4: Adeo jam, inquiens, indignum videtur apud multos, si quis ex Theologis aut famosus in literis, vel Ecclesiastica dignitate praeeditus ad hoc se opus inclinaverit, praesertim circa parvulos, quod mihi (qui in talibus esse putor momenti alicujus) infabulam & in proverbium cesserit. Et sane mihi videntur discipuli Domini adhuc tunc caelestium parum capaces hac insipientia laborasse, prohibentes parvulos offerri Christo, reputantes videlicet, indignum esse, si tantus Magister & Doctor eorum Christus huic humilitati subjaceret. Convincit autem illos sic sentientes tam exemplum Christi: qui, finite, inquit, parvulos ad me venire, talium enim est regnum caelorum; quam verbum Apostoli, in quo vult aliorum instructores esse spirituales, & spiritu lenitatis praeditos & considerantes se ipsos, ne temptentur (Gal. VI, 1.) Tales vero quam rari sint: cogitare stupor est. Postquam hoc probavit: Sed quid agam? pergit, sentiunt aliter quidam ex hominibus etiam benivolis; comminantur vel mihi vel parvulis, ne accedant ad me: & hoc alia multiplici ratione, signanter quadruplici id arbitrantur recte facere. Allegant quippe disparitatem morum mihi cum parvulis; allegant officii dignitatem; debinc causantur loci ac temporis importunitatem; postremo metuunt rei insuetudinem ab æmulis calumniabilem. Ubi obtrektoribus ad singula respondendo negligentiam concionatorum sui temporis in hac parte ministerii, passim graviter perstringit, & officium hoc eorundem esse urget ac demonstrat. Conf. Voetium d. l. qui idem probat & exceptionibus solide occurrit.*

§. 15. Postulat id omnino officii ratio, quod in *predicatione verbi, absolutione a peccatis & sacramentorum administratione* consistit.

§. 16. *Ista non pura tantum, sed & plena atque captui auditorum quorumvis inprimis accommodata esse debet ac pro ratione eorum diversa: Inde omnia media & quascunque vias, pias saltem ac honestas, huc ferentes, indagare, persequi & adhibere decet.*

In genere, juxta monitum & exemplum S. Pauli, 2. Tim. II, 15. 1. Cor. IX, 22. Hoc enim est cuiusvis dare τὸ ἀπομέτερον suum Luc. XII, 42. In specie: infantibus non cibum solidum, sed ubera lactis praebenda & juniores ac simpliciores aliter quam cæteros informandos esse, docet Ep. ad Ebr. v,

12. 13. 14. (in quam videtis Comment. B. Hunn. p. 114. 117. seqq.) coll. 1. Cor. III, 1.2 quod non tantum de *objecto* sed & de *modo* intelligendum. Huc pertinet, quod apud *Bedam* l. 3. *Histor. c. 5.* refertur: quidam nimirum reversus ex Anglia in Scotiam conquerebatur, se in Anglia docendo nihil effecisse, quod Anglorum gens dura & barbarata sit; sed huic nonnemo in conventu seniorum recte respondebat: *forte non juxta praeceptum Pauli infirmis lac primum praeuisti.*

§. 17. Itaque ea in *cathedrariam*, quæ e suggestu τὰ λόγια τῆς Θεῆς prædicat, & *catechetica*, quæ rudioribus prima fidei elementa propinat: (q) Vel, quod eodem redit, in *catechetica* & *homiletica* informationem distinguitur: (r) Et a catechetica minister Ecclesiæ catecheta sive Doctor infantium vocatur; (s) ut a deo pateat, catechesin Ecclesiasticam speciem esse sub genere prædicationis comprehensam.

(q) Quæ invicem differunt *objecto* tam personali quam reali, & *forma*, aliquando etiam *subjecto*, *Magnif. D. D. Olearius*, primus Doctor Theol. Moral. systematicæ in hac Academia, *ejusd. Tab. 38. n. IV. & annotat. discurs.* (r) ita *B. Carpzov. Isagog. p. 946. 947. Brochm. System. T. II. p. 331. Olear. Ind. Balduin. general. p. 367. & Disp. de Orthodoxiâ ac Orthopneusi non ita pridem sub præsid. Magnif. D. D. Carpzov. hic ventilat. c. II. d. VI. p. 30. 31.* Præterea hodie alia adhuc species mixta, morem catechetice in materia, homiletice in forma servans, obtinet, quæ proinde catechetico-homiletica dici potest. Intelligo conciones catecheticas. (s) Gal. VI, 6. Rom. II, 20.

§. 18. Imo officium hoc ministris verbi divini sigillatim etiam exemplis pariter ac monitis sacris commendari videmus.

Christus ipse Petrum lapsum denuo ad Apostolatam vocans, ei (non exclusis reliquis Ecclesiæ pastoribus ab hoc officio pastorali, secundum 1. Petr. V, 1. 2.) *curatrophium* illud graviter injungit, Joh. XXI, 15. 16. 17. & *agnellos* (ἀρνία deminut.) pascere etiam jubet, non tantum *oves*, ut *ministri Ecclesiæ diligentem curam impendant pascendis & confirmandis illis Christianis, qui adhuc sunt teneri & in fide infirmi, seu etate seu intellectu*, *D. Luc. Osland. Bibl. & prius agnos, deinde oves demum; Paulus mavult in Ecclesia V. verba* (quæ nonnemo ad V. partes catechismi pie accommodavit) intelligenter loqui, ut & alios catechizet, (ἵνα καὶ ἄλλοις κατηχήσω) quam decem millia verborum lingua peregrina, 1. Cor. XIV, 19.

§. 19. Illa, *absolutio* nimirum a peccatis, præsupponit itidem catechesin: In personis enim, quæ a peccatis absolvantur, primo omnium doctrinæ catechetice cognitio requiritur.

A. C.

A. C. art. XI de Confess. Apol. IV. p. 159. : si accurrant eodem tempore omnes non possunt ordine audiri & institui homines. P. III. Art. Smalc. IX. de Confessione, p. 331: propter juventutem indomitam & petulantem, ut audiatur, examinetur & instituat in doctrina Christiana. Ita Brochm. System. T. II. f. 368. a. docet, & B. Luth. ad hanc partem muneris diligenter obeundam ministros Ecclesiæ graviter exhortatur, T. VI. Jen. Germ. f. 105. & 115. Contra Nestarii, Episcopi Constantinopolitani, qui circa A. D. 260. vixit, factum, quo confessuros sibi omisso examine prævio, τῶν ἰδίων συνειδότων reliquit, referentibus Socrate & Sozomeno, nisi alia ratio prægnans forte extitit, qua de videri potest B. Chemnitius in Exam. Conc. Trid. p. m. 388. b., hac parte laudabile & imitandum minime dixerim.

§. 20. *Hanc, Sacramentorum administrationem, quod attinet: duo sunt novi fœderis Sacramenta, unum initiationis, S. Baptismi lavacrum; alterum confirmationis, S. Eucharistia: ad utriusque veram & salutarem administrationem ministro Ecclesiæ exercitium catecheseos habere incumbit.*

§. 21. *De Catechesi Sacramentum Baptismi antecedente, quantum ad baptizandos adultos, istud patet ex mandato Christi, exemplo Proto-baptistæ, praxi Ecclesiæ Apostolicæ ac primitivæ & professione fidei in baptismo ab ejus candidato facienda.*

Matth. xxix, 19. primum docete (qui doctrinæ jam capaces sunt) & tunc baptizate eos &c. Luc. iiii, 3. Matth. iiii, 6. 7. seqq. Act. II, 41. iix, 12. 35. in quem locum eleganter August. de fid. & oper. c. 9: in eo quod scriptum est, evangelizasse Philippum Spadoni Dominum, nullo modo dubitandum est, & illa in catechismo dicta esse, quæ ad vitam moresque pertinent ejus, qui credit in Dominum Jesum.) Rom. x, 9. 10. 14. 17. Act. iix, 37. B. Gerh. T. IV. p. m. 304. D. D. Olear. Theol. Moral. Tab. LXI. n. V. B. 1. Voetius Tr. II. sect. III. c. IV. p. 697.

§. 22. *Ad sacram Synaxin vero nullus a ministerio Ecclesiastico, quantum quidem præcaveri potest, admittendus, qui fidei suæ rationem reddere nequeat: ergo hic quoque catechesis requiritur.*

1. Cor. xi, 28. 29. Luth. Catech. maj. p. 552. Neque enim nobis est animus &c. Digna dispensatore Sacramenti vox fuit Chrysostomi, hom. 3. in Matth: se malle vitam & sanguinem profunderere, quam ad mensam domini indignum admittere.

§. 23. *Talem igitur officii hujus rationem esse videmus, ut minister Ecclesiæ, cognita ea, catecheses vel privato ausu instituere & habere queat.*

Primo arguo ita: quemcunque Ecclesia vocavit ad prædicandum verbum & Sacramenta administrandum, illi catechesin habere non concessit modo sed & injunxit: ratio patet e supra dictis. Atqui &c. E. *Deinde*, ministros Ecclesiæ quoad potestatem Ecclesiasticam internam, nulli homini nisi in casu malæ administrationis, jure subjici posse, certum est. *Gerh. T. VI. p. 306. §. 178. Voet. p. 844. 845.* At Catechesis, tanquam species prædicationis, ejusdem partem constituit. E.

§. 24. Circumstantias quidem loci, temporis ac modi, iisdem adjunctas, quæ ad externam administrationem spectant, si consideres: de eis ministerium solum absque Ecclesiæ, cui inservit, consensu & autoritate Magistratus, Patroni Ecclesiæ, publica, definire aut constituere quicquam non potest.

Consil. V Vitteb. T. I. p. 786. b. Distingui inter catechesin ipsam & adjuncta ejus externa: de illa §. antecedens, de his præsens loquitur: cum rituum Ecclesiasticorum constitutio ad Magistratum publicum ac Ecclesiæ consensum, non vero ministros Ecclesiæ tantum pertineat: nisi quod desideria sua conferant & consilia subministrant. *Gerh. T. VI. p. 109. §. 288.* *Nec vero quidquam in Ecclesia convenit in externo ordine vel constituere vel immutare citra ejus consensum, cui summum in Remp. Ecclesiamque jus est atque imperium, recte de hac re laudatus D. L. Fecht. judicat, p. 290. & in sequentibus, consensum tamen sufficere implicitum, virtualem, illum etiam, qui in non prohibendo, non refragando, non improbando consistit at; accedente quoque in Rep. populari plebis expressa suffragatione &c. statuit.*

§. 25. At propterea Catechesis ipsa a ministris verbi prorsus negligenda non est: vel enim illam in privatis domibus suis instituire ac habere possunt, 1) vel, si & hanc, frustrati scilicet omnibus mediis, etiam materia in qua, i. e. Catechumenis, in effectum deducere non valerent, alia interim ratione, quod hic intermitendum fuit, compensare studeant. 2)

(1) *Magnif. D. D. Schomer Disp. de Colleg. privat. pietat. §. 14.:* inter omnia, quæ a scopo vel objecto proprio æstimantur, benigniorem vulgo interpretationem habent, quæ scholarum formam imitantur in catecheticis vel acroamaticis questionibus docendis simpliciter occupata; dummodo heterodoxie non suspectus sit magister, aut leges quædam publicæ obstant, quæ ejusmodi doctorem non suæ fiducia sed aliorum approbationi subjici volunt, aut etiam, ne publicis scholis per privatas aliquid detrimenti accedat, non illaudabili quandoque sollicitudine cavent. Ratio: quia catecheticis aut theologicis institutionibus synaxes publicæ non sunt dicata &c. (2) de tali casu intelligendi sunt *Dn. a Seekend. III. X. §. p. 633.* ubi Vir maximus solide ostendit, quomodo defectus catecheseos concionibus Ecclesiasticis

cis

cis interim aliquatenus suppleri posset, & D. L. Fecht, p. 294. qui ita censet: *in re itaque uno quam alio loco difficiliore quisquis ad scopum tam salutarem grassari potest, impius & profanus sit, quin id faciat: qui vero consideratis probe omnibus & collocata sedulo opera spe tamensua frustratur, ut interea alia quacunque ratione gregem curæ suæ commissum edificare adlaboret, is officio suo defuisse ideo dicendus non est.*

§. 26. Ad hoc officium vero rite peragendum ministro Ecclesiæ *ἰκανότητι* singulari opus est: namque scientia catechifandi, alacritate, dexteritate, humanitate, zelo, tolerantia ac prudentia Ecclesiastica, aliisque boni Catechetæ qualitatibus necessariis polere debet.

2. Cor. IV, 1. 2. Tim. II, 24. 25. Rom. XII, 7. 8 Tit. I, 7. 9. 1. Petr. V, 2. 3. *Arduum quippe & plane senile munus catechistæ esse, Erasmus præfat. Origen. recte judicat. Et bene rursus L. Fecht scribit: Sicuti vero nihil equidem utilius est hoc instituto, ita profecto nihil difficilius. Non tam ob hominum & seculi pertinaciam, quæ ferre habenas recusat, quam ob ministrorum, qui huic labori destinati sunt, conditionem. Ut enim alii nec eruditione, nec pietate, nec alacritate ad subeundum hoc onus destituuntur: ita complurimos passim reperiri, quibus unum horum deficiat, quique ad eum laborem sustinendum pares non sint, experientia commonstrat, p. 294. Et Gerson, d. l. poscit: Da mihi aliquem & dicatur, qui spiritualis est, qui spiritualiter omnia dijudicet, qui didicerit ex eis, quæ passus est, compati, qui querat, non quæ sua sunt, sed quæ J. C. (Phil. II, 21.) quem totum replevit charitas, humilitas & pietas, ut nullum in eo locum inveniat vanitas & cupiditas, cujus conversatio in cælis sit, (III, 17-20.) qui tanquam unus ex angelis Dei nec benedictione nec maledictione moveatur, exemplo eorum, neque ex ministerio occupationis suæ inferioris, superna deserat, nec sordes contrahat pestiferas. Talem denique, qui nullis stimuletur aut alliciatur formis corporum, sed abstractus in sublimi arce rationis, in sola animarum perspicaci qualitate versetur; adde Voetium p. 843.*

§. 27. Quod in specie tolerantiam attinet: hæc ad temperandam, quantum decet, disciplinam Ecclesiasticam requiritur, qua in auditores suæ curæ commissos, malitiose obstinateque salutari catecheseos instituto repugnantes, ratione decenti animadvertere, ministrum Ecclesiæ omnino convenit.

Distingu. inter disciplinam Ecclesiasticam & civilem: hanc a ministerio sacro, quod potius in lenitate Sp. quam violentia carnis peragi vult, alienam esse non negavero adductus 2. Cor. I, 24. x, 4. 5. 6. 1. Petr. v, 3. sed illa & præsertim verbalis, consistens in gravissimis exhortationibus & severis correctionibus, quibus tum efferati illi homines tum Magistratus officii sui,

qua-

quacunq[ue] occasione oblata, publice ac privatim, diligenter & continuo, admonendi, increpandi & castigandi sunt, juxta Luc. xiv, 23. 1. Tim. V, 20. 2. Tim. II, 25, 26. IV, 1. 2. quo jure ministro verbi abjudicari queat, non video: cum alioquin realis, seu excommunicatio, 2. Cor. x, 11. Matth. xix, 17. 1. Cor. V, 4. 5. ult. 2. Thess. III, 14. hodie fere sublata sit, quamvis & hanc una cum illa ad conservationem catecheseon B. Lutherum a ministris Ecclesie requisivisse video, *præf. catech. min. p. 361. Quod si qui adeo - ablegandi, & catech. maj. brev. p. 397. ita, ut si quis &c.* Cæterum Voetius excipienti adversus catechizationum possibilitatem: non accessuros esse catechumenos, cum quibus institui queant, p. 842. 843. e) eleganter respondet, quem videfis.

§. 28. Ex hætenus dictis sequitur, studiosos ministerio sacro consecratos & muneri huic aliquando præficiendos, in catechesi quoque, sicuti aliis officii Ecclesiastici partibus, mature instrui ac per modum *παιδαγωγμάτων* diligenter exerceri debere.

Requiritur igitur ut (1) ipsi ante a pueris *κατηχούμενοι* fuerint, quam *δασκάλως νηπίων* fore præsumant, Rom. II, 18. 20. exemplo Timothei, qui innutritus dicitur sermonibus fidei bonæque doctrinæ, *prioris Ep. c. IV, 6. ut 2.*) iis deinde modus catechizandi præmonstretur in Academiis, quod est consilium *Dn. a Seckend. III. X. 7. p. 639; Theologi cujusd. ad D. Spens. pia desider. p. 261. edit. German. & B. Schröderi II. n. 6.*, qui ideo peculiarem catecheseos professorem constitui suadet, quo titulo B. Varenium nomen suum subscripsisse, reperi: quale munus ministro Ecclesie, qui & ipse catecheta esset, præ aliis optime committeretur. (3) ipsi catechizationibus optimorum catechetarum frequentes interfint & meliora exempla observent, ut felicissime aliquando ea imitari queant. (4) tandemque hac etiam parte, eadem ratione, qua in concionatoriis, Philo-biblicis aliisque collegiis practicis, non illaudabili instituto, fieri consuevit, se præparent & diligenter exercent: *Voetius p. 839. §. 2. Ob. I. n. 1.* decet enim eos prius probari, deinde ministrare, secundum 1. Tim. III, 10.

(2.) Magister scholarum.

§. 29. Hætenus de ministris Ecclesie: sed hi non soli, quamvis præcipui, catechetæ sint; spectat etiam officium hoc ad *magistros magistrasve scholarum*, sive publica autoritate sive privatim constituentur, & postulat, ut scholares non bonis tantum literis ac ingenuis artibus, sed & imprimis doctrinæ Christianæ elementaris, pietate ac sanctis moribus diligenter & fideliter imbuant.

Principium sapientiæ timor Domini, Prov. ix, 10. Ps. cxl, ult. Exemplum insigne boni catechetæ scholastici celebris ille scholarcha, *Trocedorffius*, præbuit, ap. *Tit. L.L. Theolog. Histor. p. 22. §. 5.*

§. 30.

§. 30. Neque *patresfamilias* ab officio isto catechetico in do-
mibus suis exercendo sese proterve excludant. (3) Pater
familia.

Ex mandato, Deut. VI, 7. Ps. LXXIIX, 5. 6. a cura, qua domesticorum non corporibus tantum, 1. Tim. V, 8. sed & animabus Eph. VI, 4. Ecclesiast. XIV, 26. prospicere debent; a testimoniis, D. August. *Quod est Ecclesiastæ in templo, id parentum est, liberos docere domi suæ*, Enarrat. in Ps. L. B. Luth. *præfat. brev. Catech. maj. p. 397. Inde fidelis ac vigilantis patrisfamilias officium exigit, &c. & T. IV. Jen. f. 426. a. 429 b.* unde & cuius Catechismi parti hanc præmisit formulam: *quomodo paterfamilias eam familia suæ &c. Brentii in Es. 62: Quum paterfamilias sedet inter liberos suos & docet eos symbolum Apostolicum, sentiamus, ibi vere sonare vocem Evangelii, quo Ecclesia & conservatur & ad posteros propagatur; conf. Voetium. c. VI. §. 2. p. 955. seqq.* meretur quoque hic legi Thomæ Gouge, Doctoris Anglicani, *Christlicher Haus-Vater* / e versione Anton. Brunsen, c. 8; ab exemplis, Abrahami Gen. XIX, 19. de quo traditio Rabbiorum extat, quod pueros domesticos, sicuti Sara puellas, catechesin docuerit, *Mull. Catech. præfat. p. 3. a.* Israelitarum in genere, Ps. XLIV, 2. LXXIIX, 3. 4. Regum, Davidis, Prov. IV, 4. & Hiskia, Es. XXXIIX, 19; Tobia c. I, 10; *Andrea Martini, t. t. Ecclesiastæ Kostochiensis* notatu dignum exemplum recenset D. Sim. Pauli in *Postill. P. I.*

§. 31. Immo *matribusfamilias* illud quoque pro re nata, vel, si contingat, eas maritos scientia catechizandi præcellere, non male traditur: t) & a *viduis* nominatim requiritur. u)

(t) *PROV. XXXI, 26. 1. Cor. VII, 6.* exemplis Bathsebae *PROV. XXXI, 1.* Priscilla, *ACT. XXIIX, 26.* de qua *Chrysostr. hom. I. in Rom. XVI. 3: Αυτη, inquit, λαβουσα τον Απολλων, κατηχησε την οδον & της, και διδασκαλον απηρτισμενον εποίησεν.* *Loidis & Eunices, 2. Tim. III, 15. I, 5. ACT. XVI, 1. 3. (u)*
1. Tim. V, 4. 10.

§. 32. Inprimis hoc *senes* & *patres- & matres-familias* decet: x) omnium optime autem informatorem liberorum privatum, si habeatur, aut alium quendam cultorem Theologiae & ministerii sacri candidatum, qui domesticus est, operæ huic substituunt. z)

x) *Psal. LXXI. 18. & Tit. II, 3. 4. z) Voet. c. I. §. 3. p. 840.*

§. 33. Aptitudo hic non requiritur perfecta, sed aliqualis tantum pro modulo catecheseos talis: Disciplinam domesticam in eos, qui vel catechesin Ecclesiasticam frequentare, vel huic interesse recusant, prudenti modo exercere, pii patrisfamilias officium quoque postulat.

Luth. *præfat. catech. min. p. 361. Parentum autem & patrum familias officium erit, &c. & catech. maj. p. 401. neque quenquam in famulatio suo perferre &c.*

Causa Impulsiva. §. 34. *Rationem* vero proximam, quæ magistratum, ministerium Ecclesiasticum & scholasticum ac Patres familias ad catecheses instituendas atque habendas præcipue *impellat*, post DEI mandatum & officii cuiusvis debitum, maxima plerorumque hominum, eorum, quæ fidem & salutem consequendam necessario spectant, ignorantia ac ruditas constituunt.

Materia in Qua. Definitio. §. 35. *Transitum* nunc facio ab *Efficiente* ad *causam materialem*, & primo quidem, *in Qua*, h. e. *Catechumenos*, qui hoc respectu omnes invicem conveniunt, quod, rudes elementorum doctrinæ Christianæ orthodoxæ, ea a Catechetis more catechetico sint docendi.

Subiectum nominale occurrit Act. xii, 25. Rom. II, 18. Gal. vi, 6. reale probatur, ex oppositione facta ab Apostolo, quando de subiecto catecheseos loquitur, Ebr. v, 13. 14. & inductione exemplorum §. 42.

Synonyma. §. 36. Unde & ab Apostolis modo figurate *νήπιοι ἐν χεῖρῶν* infantes lactentes, & *δελιγέννητα βρέφη* quasimodogeniti; modo proprie *ἄπειροι* rudes, non absolute, sed *λόγῳ τῆς δικαιοσύνης* appellantur.

1. Cor. III, 1. 2. Ebr. v, 13. 1. Pet. II, 2. (qui Petrinus locus recens baptizatis, cum primum sacris interessent, recitabatur in antiqua Ecclesia, teste *Tertull. l. 1. cont. Marcion.*) Ebr. V, 13. (qua voce *Philosophus* utitur rationem prætendens, cur juvenem idoneum civilis scientiæ auditorem judicare nequeat, quod videlicet *ἄπειρος* sit τῶν ἐν τὸν εἶον προέξεων &c. *Nicom. 1. c. 3.*

Divisio. §. 37. At enim vero cum e diversa eorundem ratione & statu Ecclesiæ nostratis præsentis varius illorum respectus oriatur: placet eos impræsentiarum juxta quadruplicem atque præcipuam rationem considerare.

§. 38. Primum, *ætatis*, ut *juniores & adultos*: quorum illi obiectum Catecheseos proprium de jure & per se, α) hi β) per accidens, de necessitate facti, constituunt.

(α) *Ex l. c.*; ratione totius catecheseos; exemplis, Timothei, 2. Tim. III, 15. ad quod *Hilarius init. explic. ps. 119. Qui ad doctrinam*, inquit, *rationalis & perfectæ scientiæ preparantur, ab ipsis statim literarum elementis docendi sunt, ut perfectam veramque rationem, tanquam ab exordio primæ institutionis consequantur. Hoc sciens Paulus, eam solam veram & utilis doctrinam*

*doctrina esse prudentiam, quæ ab ætatis initiis & infantia inchoa-
retur exordiis, hæc inter magna & præclara fidei studiique præconia
Timotheo reponit; aliorumque, 2. Joh. v. 4. Argentorati juniores catechi-
zationi interesse oportet, donec matrimonium ineant; (refertur in Beytrag
an die Pia Desideria eines Obadiæ p. 185.. (C) in duplici sunt differentia, vel
extranei, vel in Ecclesia nostra nati & educati: (Voetius L. I. c. 1. §. 2. p. 12.) qui-
bus, si primis pueritiæ annis probe catechisati fuissent, cum adolevere, vel
etiam senes facti sunt, non, ceu elementariis, primis elementis denuo
instrui, necessum foret; quod autem illis hoc modo opus habeant, patet ex
Ebr. V, 12. Conf. Schilter. Cateches. Luther. Exeg. p. 40.*

§. 39. Deinde ratione *sexus*, ut *pueros* atque *puellas*: De illis
nullum est dubium: sed neque de his dubitari debet.

Contra Judæos, qui filias seu puellas teneri de lege discenda negant, neque
matribus rei hujus curam incumbere debere, adeo requirunt, quod Lex
dicat: Et docete ea filios (non filias) vestros, Deut. xi, 19. it. Et discite
(למרתן masculin.) ea, c. V, 1.: quod si tamen fœmina sponte sua
discat legem, ei etiam propositam esse mercedem a DEO, quamvis non tan-
tam, quantam viro; & quæ plures hujus generis nugæ sunt, vide Buxtorff.
Synagog. p. 141. Contra Pontificios, nominatim Job. de Gouda, Ultrajecti-
num, Jesuitam, Voetius agit L. II. Tr. III. c. I. §. 4. p. 861. 862. Consilia egre-
gia in catechesin hanc suppeditant Dn. a Seckend. III. IX. 6. p. 601. seqq.
Schröderus, & Voetius, l. c.

§. 40. Tertio, respectu *cætuum*, ut *Ecclesiasticos*, (h. e. audito-
res in Ecclesia rudiores, generice omnes, specificè & diverso respectu,
vel *Convertendos*, (ita appellamus eos, qui relictis erroribus suis in
finem Ecclesiæ veræ recipi desiderant) vel *Confitentes & sacram
synaxin accessuros*, vel *Desponsatos* γ) *scholasticos & domesticos*, (ad
quos non liberi tantum, sed & uxor ac viceversa maritus, δ) famu-
litium, cæterique familiares ε) pertinent.)

(γ) Aliter paullo Voetius L. I. c. II. §. 3. n. XI p. 31 (δ) 1. Cor. xiv, 35. VII, 16.
e.) possunt etiam plures familiæ coire, idem L. II. Tr. III. c. I. §. 3. p. 847. 848.

§. 41. Ratione *classium* denique & *graduum*, ut *incipientes &
provehiores* in doctrina catechetica.

1. Pet. II, 2. ἵνα ἐν αὐτῷ ἀυξήθητε. Dn. a Seckend. III. X. 5. p. 631. 632.; Voetius
L. I. c. I. §. 2. p. 13.

§. 42. *Exempla* catechumenorum sacra præcipua sunt: *Theo-Exempla,
philus* quidam, cui S. Lucas Evangelium dedicat, (cap. I. 4.) & *A-
pollo,*

pollo, cuius idem meminit; (Act. XIIX, 25. 26.) in genere Galatæ & Judæi (Gal. VI, 6. Rom. II, 18.)

Officium.

§. 43. *Officium* eorum postulat: primum, ut, tanquam infantes lacte catechetico adhuc indigentes illud avide appetant, (1. Pet. II, 2.) indeque sponte, ne compulsu aliquo opus fiat, accedant; (Ps. XXXII, 8. 9.) omnem deinde pudorem, si adultiores sint, minus decentem excutiant; (Ecclesiast. XLI, 18. 19. XLII, 1. 5. 8.) diligentem in auscultando & discendo collocent operam, quo crescant ac adolescant in fide, (1. Pet. II, 2. Ephes. IV, 13. 14. 15.) ne vero, discentes semper ad cognitionem veritatis tamen non perveniant; (2. Tim. III, 7.) in catechesibus, dum catechumeni sunt, constanter perseverent; perceptam semel scientiam, frustra contradicentibus hæreticis, firmiter retineant; (2. Tim. III, 14. 15.) tandemque iis, quos Catechetas habent, in omnibus bonis communicent. (Gal. VI, 6.)

Cyrill. Hierosol. Procatech. Festinent pedes tui ad catecheses audiendas. Perseveres in catechesibus, etiam si longo sermone producantur, ne forte aliquando mens tua deficiat. Arma enim accipis &c. Accipe hanc admonitionem, ut ea, que in catechesibus traduntur, sic discas, quo possis ea in perpetuum custodire. -- Hac vero, que de lavacro regenerationis per ordinem tradimus documenta, si hodie neglexeris: quando tandem corrigentur? Senec. Ep. 76. Quid est stultius, quam quia non didiceris, non discere? omnis ætatis homines schola (catechetica) admittit. Tamdiu discendum est, quamdiu nescias: si proverbio credis: quamdiu vivas; etiam seni discendum est.

Materia
ex Qua,
Definitio.

§. 44. *Materiam* catechizationis ex Qua dicimus *Catechismum* h. e. elementa doctrinæ Christianæ creditu ad salutem necessariæ e verbo DEI methodo catechetica consignata.

Synonyma.

§. 45. Ille Apostolo λόγος τῆς δεξιῆς τῆ χειρὸς (contradistinctus τῆ τελειότητι,) qui θεμέλιον καταβάλλεται μετανόιας καὶ πίστεως &c. definitur (Ebr. VI, 1.) & per metaphoram, Γάλα, oppositum τῆ σαρρῆ τρυφῆ, audit, (V, 12. 1. Cor. III, 2.)

A prima infantis enutritione; quæ, sicuti lac maternum ordinarie requirit: ita rudioribus lac catecheticum primo instillari debet, non vero solidus doctrinæ gravioris cibus, quem stomachus concoquere nequit, in os detrudi, *Dannh. L. C. T. I. p. 14. seqq. & Ursinus Analect. sacr. P. II. p. 333. seqq. conf. 1. Pet. II, 1. ubi lac λογικόν dictum: ut a lacte naturali distinguatur, & de metaphorico non proprio lacte sermonem esse ostendatur; vid. B. Gerb. Comment. b. l. & Justinian. p. 285. seqq.*

§. 46.

§. 46. Ebraei eundem modo ζ) ספר חנוך librum initiationis seu primæ institutionis; modo η) קבלה, doctrinam ἀγγελου, quam filii a patribus viva voce accipiunt; θ) modo ספר לקח טוב (ι) appellitant. Vulgaria cognomenta sunt, Catechesis, κ) Epitome Scripturæ, Enchiridion, Lydius lapis, & sic porro.

ζ) quod eo vel profelyti vel etiam liberi initiarentur. *VValth. Glor. Catech. c. 1 §. 6. n. 2. p. 9.* Est autem idem, quod Græcis κατήχησης: sicuti & radix חנך lectu fere reciproca, observante *Barth. Scher. Itin. Psalt. & citante Pl. Rev. Dn. Stiffero, Ecclesiast. Hale Sax. Comment. in Eccles. XLIV, 16. p. 486.* Habetur *Prov. xxii, 6.* de educatione pueri, in quem locum videtis *B. Geier. p. m. 1201 & Gen. XIV, 14.* servi Abrahami vernaculi dicuntur חניכיו (quod nomen præter hunc locum non reperitur) initiati, sc. in religione, sicuti ex *coll. xvii, 23. & xiix, 19.* videtur colligi posse: vide *Parei Comment. p. 1011.* ita quoque *R. Schlomob (ben Melech in Michlal Jobi explicat; pari modo de Samuele puero ad Eli Sacerdotem adducto Kimchi scribit 1. Sam. I, 25.* id factum, ut esset sedens atque discens coram ipso, ושיח חנוך & ut initiaret vel informaret ipsum ad universam legem & præcepta. η) *VWaltherus d. l. Reliquiæ ejus in Pirke abboth habentur, Forsterus Lex. Ebr. fol. 715. Schindl. Lex. Pentagl. f. 1578.* θ) per מסורה traditionem: quemadmodum *Paulus 1. Cor. xi, 23.* scribit: *accepi a Domino & tradidi vobis.* ι) ex *Prov. IV, 2.* *R. Abraham ben Chananja Jaghel,* postea Christiani facti, habetur *cum versione Magnif. D. D. Carpz. Introduct. Theol. Judaic. & Pugnion. Fidei Raymundi Martini, c. IX. §. ult. p. 45-76.* κ) de hoc Synonymo respice *anteced. §. 4.* ubi τῆς κατήχησης homonymon viceversa Catechismus efficit.

§. 47. Libellus catecheticus dicitur catechismus improprie per synecdochen continentis pro contento aut metonymiam signi pro signato; rursus catechesis ipsa ita audit proprie; at propriissime & in vulgus nota significatione doctrinam catechetica ipsam nomine hoc insignimus.

§. 48. Itaque catechismus proprie sic dictus omnem doctrinam homini Christiano ad salutem consequendam cognitu per se ac omni tempore necessariam λ) continere, superfluum non μ) quam debet.

λ) quia rudes eo ipso ad salutem informantur, *2. Tim. III, 15.* conf. *B. Bald. C. C. L. 2. c. 1. Caf. VII. p. m. 60. b. sqq.* μ) quia rudibus ac simplicioribus proponitur. Utrumque prolixè probat *B. Meisn. Exam. Catechis. Palatin. Diss. II. §. 6--14. p. 21--28.*

§. 49. Quæ vero & qualis illa sit, definire arduum: cum diverso respectu considerari possit, ac pro hæresium statu variet: v) videntur tamen POENITENTIA & FIDES, rite si explicentur, eandem merito constituere. ξ)

v) legi hic præ aliis merentur, B. Hulsem. *Dissert. de dogmatibus ad salutem scitu & creditu necessariis, Append. Calvinism. irreconciliab. p. 410. sqq.* Meisnerus l. c. *Append. Diss. de Articulis Fidei; Andr. Sennert. Exercitat. Theolog. de Art. Fidei fundamental.*; quibus hac de re ex professo actum fuit. Breviter & ὡς ἐν τύπῳ *Theol. V Vitteb. Consil. T. II. p. 81. b. n. 3. 82. a.* conferri etiam certo modo possunt, Voetius *Polit. Eccles. P. I. l. 2. tr. III. c. 1. p. 849 & Diss. select. P. II. tit. de Artic. & Error. fundamental. & Paræi Examen in Act. Synod. Dordracen. Sess. XCIIIX. p. 296, 297. ξ)* secundum Marc. I, 15. Joh. xv 11, 3. Ebr. vi, 1.

§. 50. Deinde doctrinæ hujus sola elementa, quæ τὰ στοιχεῖα τῆς δεξιῆς τῶν λογίων τῶ Θεῷ dicuntur Apostolo, jure pertractat.

Ebr. v, 12. vi, 1. v, 12. 13. 14. conf. explicationis gratia, Gal. iv, 3.

Forma.

§. 51. Hæc autem verbo Dei ex omni parte non in rebus tantum sed & verbis conformia esse oportet. Ita, ut textuum loco ipsissima Scripturæ verba, quoad fieri potest, retineantur: explicatio-nes vero adjectæ, quantum ad loquendi formulas, saltem concordent.

2. Tim. I, 13. 1. Tim. vi, 3. Tit. II, 1. quia fidem invenire debet: solum autem & adæquatum fidei principium S. Scriptura est; quia Symboli loco habetur, cujus auctoritas eatenus tantum valet, quatenus sacris literis ubique convenit; unde Lac catecheticum 1. Pet. II, 2. ἀδολον purum ac sincerum appellatur, *Dannh. P. I. p. 18.* Differt ergo catechismus a verbo Dei non re sed compendiaria tantum contractione. In *Epist. Armin. edit. a Limb. CCCXVI p. 515. a.* refertur: in scripto quodam Ultrajectinorum reprehensum fuisse, quod S. Scripturæ verbis Catechesin concipiendam esse dixerint. Qua de causa, perspicere non potui.

§. 52. Et methodo catechetica, h. e. quæstionum ac responsionum vicissitudine contineri atque conscribi.

ab etymo vocis; a requisito compendii, brevitatis, facilitatis ac simplicitatis, propter rudiores, quorum captui accommodandus est: jam vero methodus quædam simplicior ista vix datur: unde videmus disciplinarum fere omnium rudimenta hoc modo designata; idque e re tyronum fieri, experientia commonstrat.

§. 53. Tali modo adornatus Catechismus ab alia doctrinæ Eccle-

Ecclesiasticæ specie quacunque, ratione nimirum objecti & methodi, probe discerni potest.

quotuplex doctrina Ecclesiastica, quomodo invicem differat, quam necessaria omnis generis &c. e nostratibus, præter alios *B. Schilterus*, p. 3. & *Lyserus Ep. dedicat. L.L. Theolog. B. Chemnit.* ostendunt: e Calvinianis *Voetius Polit. Eccles. P. I. L. II. Tr. III. p. 851. Qv. V.* Huc pertinet distinctio Theologiæ in *Acroamaticam & Catechetica*, *B. Quenst. System. c. 1. Sect. 1. §. 16. 17. 18. p. 9. a. b.* seu *Epopticam & catechetica* seu *Laicorum & Theologorum*, *B. Dannh. Hodof. definit. general. p. 14. 15. 16. &*, qui cum explicat, *Dn. D. Rudrauff. Prof. Kilon. Protheor. Theol. §. 6. n. 5 p. 3. B. Glassius P. III. Exeges. pag. 367.* quamvis igitur, inquit, exactam omnium, quæ in sacris literis proponuntur, notitiam non habeas, catechetica tamen doctrinam tenes, (*Et o utinam teneas recte & intelligenter!*) &c.

§. 54. Ut ita materiam eorum, quæ in catechesi tractanda *Finis.* sunt, tum Catechetæ tum Catechumeno suppeditet: quapropter dignitate Symbolica talis merito donatur *o*) & receptus semel cum alio sine gravissimis rationibus commutari minime debet. *ω*)

o) quando negotium religionis etiam ad salutem vulgi & Laicorum (quos vocant) pertinet &c. *F. C. Declarat. n. VI. p. 634.* ut, quid credendum aut non credendum, qua ratione quid enunciandum & proferendum sit, juxta cynosuram Scripturæ *ὡς ἐν τύπῳ* definitum & statutum habeant, exemplo Apostolorum, *Ebr. VI, 1. 2. & 2. Tim. I, 13. 14.* (*ὑποτύπωσιν τῶν ὑγιαίνοντων λόγων* h. e. ut *Theodoretus* ad h. l. accuratissimum exemplar & archetypum fidei proposuit, ad cuius intuitum omnes doctrinæ suæ duceret lineas (*στοιχείῃς τῆς ἀρχῆς τῶν λόγων τῆς Θεῆς* *Ebr. V, 12.*) & Ecclesiæ primitivæ; contra Remonstrantes, *Confess. præfat. ex professo, coll. c. l. Sect. 17. Limborch. Theolog. Christian. L. I. c. XI. §. XII. f. 44. Pælenburg. Epist. collect. a Limborch. XCII. f. 165. b. sqq. Scalkium Ep. CCIV. l. c. f. 348. sq. Curcellæum Opp. Theolog. Institut. Relig. Christ. L. I. c. XV. §. VI. VII. p. 34. a. b.* Contra *Vorstium*, in *Resp. plen. ad Leobhard. p. 20.* vide *B. Carpz. Isagog. p. 949. qv. VIII. & König. Cas. Consc. Catech. f. 18. sqq. π*) *2. Tim. III, 14. 15.* ob catechumenorum 1) tenerrimam memoriam & simplicitatem, quæ sublevari non confundi debet. 2) imbecillitatem ac infirmitatem, ne scandalizentur. *Phil. Melanchth. qv. 1. Catech. T. I. Opp. p. 1. e re juvenutis atque Ecclesiæ, si una, simplex & certa forma doctrinæ &c. Theol. V Vitteb. Consil. T. II p. 75. a.* ex antiquitatis piæ (*Gregor. Naz. Orat. 24. in Cesar. Basil. Ep. 29. ad Eustathium, Episc. Sebast. Nyssen. Orat. catech. quæ μεγάλη vocatur; Cyrill. tot. lib. 1. Catecheseon; Augustin. de catechizandis rudibus*) & *T. I. p. 786. b. 787. a.* ex adversariorum, Neo-Photinianorum, Calvinianorum in *Conc. Dordracen. in Operibus Theolog. Doctrin. Jac. Armin. p. 128. Pontificiorum, Conc. Trident. Sess. xxiv. c. 8. & continuat. Sess. 25. Petro Sæbe, Histor. l. 8. f. 910. usu ac consuetudine, & T. II. p. 83. a.* ex *Hemmingio Ep. Jud. §. 19. idem asserunt. Conf. Voetius p. 863. qu. I. & p. 868. qv. II.*

§. 55.

Exempla
Catechi-
smorum;
(1.) Ortho-
doxorum.
Apostoli-
cus.

§. 55. His præmonitis nunc ad catechismorum exempla meri-
to ferimur: & primo quidem Apostolicum, quem Catechismum
qua materiam ε) qua formam σ) genuinum fuisse, credimus.

ε) ex Ebr. vi, 1. 2. ubi tamen notandum, capita illa catechetica duplicis esse
generis, quædam omni tempore necessaria, necessitate vel absoluta, qualia,
Pœnitentia ab operibus mortuis & fides in Deum, vel hypothetica, ut, do-
ctrina Baptismatis: (B. Luth. Catech. maj. p. 401. Hæc sunt capita &c. perce-
ptis itaque &c. Consil. VVitteb. T. II. p. 81. b. 82. a.) quædam tunc temporis
controversa, indeque præ aliis necessaria facta, & peculiariter exprimenda,
cum alias sub illis etiam comprehenderentur, ut: Doctrina impositionis
manuum, resurrectionis mortuorum & judicii æterni; Horum vero rudi-
menta tantum tradidisse, in terminis extat, I. c. θεμέλιον καταβαλλόμενοι
μετανοίας &c. & ex oppositione τῆς τελειότητος ad oculum patet. σ) de
conformitate cum verbo divino nullum plane potest esse dubium: de me-
thodo catechetica h. e. brevi ac simplici, colligitur e definitione: ὁ λόγος
τῆς ἀρχῆς τῆς χριστοῦ, & synonymo objecti: τὰ σοιχεῖα τῆς ἀρχῆς τῶν λο-
γίων τῆς θεῆς, c. V. 12.

Lutheri.
Autor.

§. 56. Hunc sequitur B. Lutheri, qui in Ecclesia nostra or-
thodoxa hodie merito obtinet, quod in eo nullum boni Catechismi
requisitum jure desiderari possis.

qua ratione Lutheri dicatur, in compendio explicat B. Carpz. Isag. p. 943.

Editio.

§. 57. Eum beatus Vir jam ante quidem, statim ac Reforma-
tionem cœperat, a. scilicet 1518. & rursus 1520. typis publicis ver-
naculo idiomate, sub rubro: *Brevis Formule Decalogi, Symboli Aposto-
lici & Orationis Dominicæ*; item, ex pathmo Wittebergam reversus,
(A. 1523.) *Formulam Missæ & Communionis*, in qua post alios ritus sum-
ma doctrine Christianæ capita catechismo antiquitus comprehensa
quoque delineantur, evulgaverat: sed paullo post visitatione A.
1527 & 28. peracta, in eam formam, qua hodie extat, redactum mens.
Jan. statim A. 1529. ita dictum minorem, τ) eodemque anno, quam-
vis serius, mens. Octobr. demum majorem υ) edidit.

τ) lit. ad Mart. Gorlic. 15. Jan. 1529. modo in parando catechismo pro rudibus pa-
ganis versor. υ) 3. Mart. ejusdem anni ad Nic. Hausmann. Non est absolu-
tus Catechismus, sed brevi absolvetur.

Materia.

§. 58. In quibus omnia illa comprehenduntur, quorum co-
gnitio homini Christiano ad æternam salutem est necessaria φ): &
proinde μικροβιβλία merito appellantur. χ)

(φ) Ita

φ) ita in terminis *F.C. Epit. n. 3. p. 571. 572. Luth. Catech. maj. p. 401. Hæc sunt capita summe necessaria &c. p. 402. Tantum &c. p. 534. quandoquidem his ignoratis &c. p. 535. quæ cognitu erunt necessaria. p. 551. 552. Hæc equidem cuiusvis &c. Theol. VVitteb. Consil. T. II. p. 81. a. n. 2, quamdiu non urgeantur errore opposito, addentes. B. Glassius Exeges. Evangel. P. I. p. 1224. Epitome Scripturæ S., catechesis B. Lutheri, proposita est nobis, ex qua, si rite perpendatur, tantum disci intelligenter potest, quantum ad salutem scitu est necessarium. χ) *F.C. Epit. p. 571. quod eos quasi Laicorum Biblia esse censeamus, in quibus omnia illa breviter comprehenduntur, quæ in sacris Scripturis fusius tractantur. Luth. præfat. catech. maj. pag. 396. qui totius Scripturæ quasi quoddam compendium est, brevemque illius atque summariam descriptionem continet. Contra Calvinianos, Carpz. Isagog. p. 949. qv. V. coll. p. 780.**

§. 59. Et initio quidem tribus capitibus Decalogi, Symboli & Orationis Dominicæ, quæ Trinum perfectum vulgo dicta sunt, tantum constabat: duo reliqua de Sacramentis Baptismi & Eucharistiæ postea addita fuere.

Lutherus præfat. brev. Catech. maj. p. 398. Caterum nos pro instituendo vulgo hisce tribus partibus &c. & Catech. maj. p. 401. Hæc sunt capita &c. Theol. VVitteb. c. l.

§. 60. Pars de potestate clavium Catechismo Lutheri, prout in libris symbolicis legitur, non inserta primum, sequentibus temporibus, quibus Calviniani confessionem & absolutionem ex Ecclesiis ejicere conati fuerunt, necessaria facta, procul dubio accessit. (*Carpz. Isagog. p. 951.*)

§. 61. Quæ deinde supersunt adhuc, appendicis loco adjecta fuere, & quodvis eorum ad antecedentem quandam partem principalem commode referri potest.

○ Tabula Oeconomica trium statuum Ecclesiæ hierarchicorum ad decalogum; Benedictio matutina ac vespertina ut & mensalis ad Orat. Domin.; de confessione ad doctrinam de potestate clavium & Erotemata (*Trag. Stücken*) ad Sacramentum Coenæ; Formulæ baptizandi & copulandi ad Agenda Ecclesiastica potius spectant. *Schilterus p. 31.*

§. 62. Ut hac ratione partes principales vel *Quinque*, ab ipso Luthero non tantum materialiter, quoad numerum numeratum, sed etiam formaliter, quoad numerum numerantem ita distinctæ, (ψ) (si doctrinam de potestate clavium parti cuidam annumeres: ω) vel *Sex* (hac nimirum constituta peculiari) evadant: de nu-

D

mero

mero enim pugnare nihil juvat, nec Lutherus ipse plures numerari posse partes, adeo negat. *

ψ) *Catech. maj. p. 402. Ita passim quinque partes esse videmus totius Christianæ doctrinæ. ω) vel Decalogo, resp. poenitentia, sicuti Schilterus l.c. vel quinta petitioni orationis Dominicæ, vel, sicque optime, Sacramento Coenæ, Cannabeus Exam. p. 5 qv. 6. *) Carpz. Isagog. p. 1012. qv. 1.*

§. 63. Omnes vero ad διχοτομίαν illam (§. 49.) perfacile commodissimeque reduci queant: ut Pœnitentiam Decalogus, Fidem in Deum Symbolum Apostolicum doceat, & huic Doctrina de Oratione Dominica, tanquam medio, nec non Sacramentis, figillis fidei, annumerentur.

Sicuti connexionem ostendit *Maximè-Reverend. Minister. Dresdense Catech. p. m. 84. § 7.*

§ 64. Itaque ordinem istarum partium satis legitimum & concinnum, rectissimeque a decalogo initium factum esse, libere asserimus.

cum Ambros. Reuden. Thes. de Cateches. 60-72. Celichio in Catech. p. 62. Schillero in Exeges. P. I. p. 21 28. 37 8c. sqq. Carpz. Isagog. p. 1012. qv. V. Meisn. Exam. Catech. Palatin. Diss. II § 18. p. 32 & III. §. ult. p. 48 Edel. Thesaur. Catechet. T. I. p. 133. 138. 39. A communibus enim & maximam partem ante cognitis principiis (in decalogo) ad verum & adæquatum cultus objectum minus notum, (in Symbolo Apostolico) colendi modum & media consequendi beneficia tam corporalia & temporalia quam in primis spiritualia atque æterna (in Orat. Domin. & Sacramentis) iusto ordine proceditur. D. Justus Jonas dicere solitus fuit, credere se, Spir. S. hunc ordinem Lutero didicisse Schilt. p. 27.

Forma.

§. 65. Methodum ejusdem vere catechetica esse extra omnem controversiam aleam positum existimo: tam miro brevitatis, simplicitatis, perspicuitatis ac facilitatis artificio singula, ex verbo DEI desumpta vel huic ex omni parte consentanea, comprehenduntur, ut, quis ei merito adjungi, nedum præferri possit, nullus hactenus apparuerit.

F. C. Declarat. p. 634. n. VI. Et pia doctrina e verbo Dei desumpta, in iis quam maxime perspicue & simplicissime in usum rudiorum & laicorum, est comprehensa & dilucide declarata. conf. Melanchth. T. III. Opp. Latin. præfat. Theol. Wittib. Consil. T. II. p. 74. a. 75. a. 78. b. 81. a. n. 1.) non meliorem comparatione nec prælationis nec æqualitatis dari, diserte asserunt. Lutherus ipse tot inter libros suos tam pie, erudite ac utiliter scriptos præcipuum locum libro de Servo Arbitrio & catechismo assignat, lit. ad Capiton. 9. Jul. 1537. Illustre testimonium Georgius, Princeps Anhaltinus, p. m. præfat. in

in *Ps. XVI.* de eodem perhibet. *Melanchthon*, quamprimum lucem asperit, magno omnium applausu exceptum probatumque, *comment. in Matth. VII. T. III. Opp. Latin. p. 399.* & *Matthesius*, in plus centum millecuplo impressum, variis linguis donatum, & maxima copia ad exteras remotissimasque terras transmissum fuisse, *de vita Luth. conc. 6. f. 61. b.* testantur. *B. Lyserus, senior, Ep. dedicat. L. L. Theolog. Chemnit. Martinus Lutherus conscripsit catechismum brevem auro gemmisque pretiosiore* &c. *Andr. Fabricius: Catechismo meliorem libellum, & quidem solius Lutheri post Biblia sacra hic Sol non vidit. Scripturae succus & sanguis est, intentio & summaria; monumentorum Lutheri fons & finis.* Plura *Rebhan* collegit in *Concionatore suo c. 2. p. 114. seqq.* extant etiam pleni hisce laudibus libelli, v. g. *M. Conr. Porta deß heil. Catechismi Daus und Hoheit. Mich. VValtheri Gloria Catechismi, &c. Zwinglii, hostis licet testimonium art. 18. Confess. habetur.*

§. 66. Proinde autoritate civium Augustanæ Confessionis Finis. inter libros Ecclesiæ nostræ symbolicos jure receptus, (a) & norma discernendi a falso verum dijudicandique dogmata, (b) quod est requisitum symboli, constitutus fuit.

(a) Ratione scilicet 1.) materiæ, non quidem omnis quoad textus, cum horum plerique ipsissima Scripturæ verba indeque autoritatis majoris, imo canonicæ sint, (hanc enim ea retinet quocunque in loco descripta) solo excepto Symbolo Apostolico: omnis tamen, quoad egrundem explicationes a *Luthero* adjectas; & 2.) formæ, *VValth. l. c. c. 6. §. 49. p. 207. 208. F. C. Epit. p. 571. n. III. Profitemur publice, nos etiam amplecti minorem & majorem Doct. Lutheri Catechismos, ut ii Tomis Lutheri sunt inserti: & Declarat. p. 634. n. VI. Omnes enim Ecclesiæ A. C. hos Catechismos approbarunt atque receperunt: ita ut passim in Ecclesiis & scholis publice, & in privatis etiam ad. bus propositi fuerint. Quod & Lutherus ipse T. IV Jen. f. 391. seq. edit. Altenb. Melanchth. T. III. Opp. f. 399. & Matthesius de vita Lutheri conc. VI. f. m. 61. b. testantur. Non autem, ceu sanctum Evangelium accipimus eundem, quæ est calumnia Papistarum; sed (1) ut scriptum quoddam Ecclesiasticum cum Scriptura congruens (2) ut doctrinæ orthodoxæ compendium & (3) ceu discretivam confessionum epitomen. *König. C. C. C. f. 21. explicante ita F. C. ipsa d. l. conf. Gisenii disp. I Defens. Catech. Luth. 0. 36. p. 33. seqq.* (b) *F. C. Epit. & Declarat. l. c. Lutherus per exempla quædam demonstrat T. VII. VVitteb. f. 400. p. 2. Melanchth. l. c. & f. 402: Reuden. disp. de Catech. §. 49. seqq.**

§. 67. Hinc quoque est, quod ab Ecclesiis, quæ F. C. nomina dedere, in catechesibus abrogari & immutari, aut alius loco ejus obtrudi non possit: (c) iisque, quæ a catechumenis necessario

ediscenda & exigenda sunt, solus catechismus Lutheri ad minimum sufficere potest. (d)

(c) *Omnes autem Ecclesia A. C. hos catechismos Lutheri approbarunt atque receperunt, F. C. Declarat. l. c. Ergo. Consil. VVitteb. T. II. p. 74. a. 75. b. 83. a. Eodem nos accedente præterea Constitut. Ecclesiast. Electoral. Saxon. Art. General. IV. V. Synodal. General. Decr. rebis §. 1. interdiciuntur. Conf. Carpz. Isag p. 946 (d) Ita Theologi VVittebergenses Consil. T. II. p. 75. b. judicant inter exegetin ac erotemata distinguentes, de quibus sermo est: nec improbat major & plenior quædam in catechumeno aliquo cognitio, sed pari necessitate ab omnibus promiscue exigi non potest, ob rationes ibidem allegatas. Conf. Carpz. l. c.*

Explicatio

§. 68. Veruntamen partes ejus latius explicare & ad praxin fidei ac vitæ clarius applicare; Lutheri vero explicationem dictis & exemplis S. Scripturæ confirmare, illustrare &c. & licitum & necessarium ex aliis rationibus videtur.

Distinguendum igitur inter catecheseos Lutheri mutationem & explicationem & faciendam applicatio. Hanc, licitam esse probo, e *F. C. Declarat. p. 635: Hæc autem non ita accipi debent - legi possunt; e concessione imo præcepto Lutheri ipsius præfat. catech. min. p. 362: Secundum, &c. Tertio, &c. ejusque exemplo, qui catechismum minorem ita explicavit in majori; & praxi concionum catechetiarum in Ecclesia recepta; deinde, necessariam fieri apparet e *rudiorum simplicitate*, quibus nisi explicatione & applicatione quadam subveniatur, ii quidem catechesin memoriæ commendant, sed num perinde intelligent? num applicare poterunt? & *hereticorum, syncretizantium in primis, versutia*, qui alias sub nudo catechismi sono errores suos nimis libenter tegere & nudam ejus generis catechizationem (*Den Wortlaut*) introducere student, *B. Dannh. in Vindiciis* subjunctis *P. VII. L. C. p. 7. seqq. & in specie de extensione Symboli Apostolici, præf. P. VI. conf. Voet. p. 849--853. 26. I. II. III. IV. VI. Schilter. p. 36. Edel. p. 115.**

§. 69. Dummodo conditiones, quarum cancellis licentiam istam includi par est, ab interpretibus accurate observentur.

Prima esto analogia fidei, *Rom. XII, 7. ὅσα ἰδίαις ἐπιλύσεως 2 Pet. I, 20.* Secunda, ut ordo catechismi a B. Lutero studio retentus seu constitutus ne temere invertatur: cum periculossima sit talis mutatio tum a parte catechumenorum tum adversariorum; dixi autem *temere*: pios enim quosdam & cætera orthodoxos catechismos, Symbolum Apostolicum Decalogo, Majestatis resp., qua Fides antecedit B. O., præmississe refert, nec improbat *Schilterus*, loco paullo post allegando, & *Edelius* inter mutationem ordinis orthodoxam & heterodoxam distinguere videtur *p. 139.* Tertia, ne formulas loquendi e verbo Dei a Lutero adhibitas aliis permutent:

hoc

hoc enim prohibentur subscribentes F. C., *Theol. Wittib. Confil. T. I. p. 787. a. II. 74. a. 75. b. 80. a. 83. a.* referri huc possunt, 1. Cor. I. 10. 1. Tim. VI, 3. 2. Tim. I, 13. Quarta, qua materiam & formam catechismum proprie sic dictum ne excedat explicatio, si nomen catechismi retinere velit. *Schilterus Exeges. p. 36. seqq.*

§. 70. Venio nunc ad ejus generis catechismos, qui pro ge- (2) Hete-
nuinis agnosci nequeunt, cum veri catechismi requisitis tantum rodoxo-
non omnibus singuli destituantur; quales sunt: Catechismus rum.
Romanus seu Tridentinus, Pontificiorum; Palatino-Heidelber-
gensis, Calvinianorum; Raccoviensis, Socinianorum; & Remon-
strantium, Belgicus.

Destituuntur 1) iusta materia, e. c. Catechesis Palatina nec sola nec omnia
dogmata ad salutem necessaria continet; & in elementis non consistit, sed
ea transcendit. *Meisn. Exam. Catech. Palatin. Diss. III. §. 6. p. 37.* 2) recta
forma: primo enim omnibus in plerisque deest orthodoxia seu confor-
mitas cum verbo divino rite explicato ac intellecto; Lac catecheticum
νόστρον (1. Pet. II, 2.) sed veneno hæreseos multorumque errorum mixtum
(*Irenæus. 3. 19.*) præbent: deinde maximam partem adultiorum magis &
doctorum quam rudiorum & juniorum palato conveniunt: qua ratione
autem nomen catechismorum tueri nequeunt, sicuti in specie de Palatino
rursus monet *Autor modo citatus §. 5. p. 36.*

§. 71. Huc usque de materia: pergendum jam ad formam ca-
techizationis, quæ duplici voce, catechistæ nimirum & catechu-
meni, sonante & resonante, absolvitur: hic enim est mos cateche-
ticus, quem ipsa vocis significatio infert, quive informationem
catechetica ab omni alia præcipue distinguit.

Forma
Catechisa-
tionis,

§. 72. Vocem igitur Catechetæ quod attinet, ea auditur cla-
ra & distincta in proponendo e catechismo doctrinam catecheti-
cam; simplex ac facillima, qua modo fieri potest ratione, in expli-
cando, testimoniis exemplisque sacris enucleatis antea confir-
mando e) & per similia clarissima illustrando: quo eandem au-
ribus & intellectui catechumenorum suaviter insinuet firmis-
meque imprimat.

e) sola quippe Scripturæ autoritas prævalet, Es. IX, 19. 20. exemplis Luc. I, 3. 4.
2. Tim. III, 15. 1. Tim. IV, 6,

§. 73. Humana deinde & familiaris in expetendo f) respon-
siones; varia in explorando, num singula recte perceperint cate-
chumeni; prudenter, quoad quæstiones, g) directa; prompta ad

fuggerendum & præformandum *b)* verba tardis ac hærentibus, ac proinde ad doctrinam ab illis nondum satis intellectam denuo ordiendum; lenis in corrigendo responsiones ineptas; *i)* plena in commendando & confirmando bonas; frequens repetendo. *k)*

f) 1. Pet. III, 15. τὸ ἀπεκρίνην petenti; ut catechesis non tam rigidi examinis cuiusdam quam blandi dialogismi formam obtineat. *g)* necessarium hoc ob catechumenorum simplicitatem, qui quæstionum perplexarum, captiosarum & curiosarum incapaces ad eas ineptissime alioquin respondebunt. conf. *Magnif. Dn. D. Pfeifferi Baurer. Glauben Dedicat. Lect. p. 4. sqq.* *b)* miretur nemo, puerilem adeo modum designari: exigit talem rursus catechumenorum status, cui hoc doctrinæ genus conducere debet. Elegans in hanc rem locus est 1. Thes. II, 7. & digna lectu verba *B. Lutheri* sunt, *T. III. Altenb. p. 470.* Und laß sich hie niemand zu Flug düncken &c. *i)* 2. Cor. V, 11. *k)* Prov. XXII, 19. 20. 21. Phil. III, 1.

§. 74. Gravis in applicando singula ad praxin pietatis ac consolationis; *l)* acuta & penetrans in exhortationibus; sonora & articulata in præscribendo verba Catechismi, quæ a catechumenis memoriæ committi & sequenti proxime conventu recitari debent, priusque verbis maxime significantibus explicando *m)*

l) 1. Cor. XIV, 3. 4. 5. 6. 12. 26. coll. 19. *Luth. præfat. catech. min. p. 362. 363. Tertio &c.* *m)* Nihil enim est constans aut utile in memoria, quod non prius fuerit in intellectu.

§. 75. Et quæ sunt id genus aliæ variationes vocis catechetæ: *n)* eas enim præscribere, aut unam eandemque catechizationis methodum ab omni catecheta, ex omni parte ubique observandam definire, nimis audacter factum videri posset, & difficile dictum foret. *o)*

n) Gal. IV, 20. coll. 1. Cor. XIV, 7. sq. *o)* Recte *Voetius* p. 862 § 5. & p. 870. 871. conf. p. 697. 698. 699. & 794. § 2. 4.

§. 76. Commendanda interim, ob oculos assidue ponenda & qua fieri saltem potest, diligentia exprimenda sunt tam Magistratum Ecclesiasticorum rescripta, *p)* quam optimorum quorumcunque Catechetarum *q)* consilia atque exempla.

p) v. g. apud nos *D. Aug. Constitut. Ecclesiast. General. Art. IV. p. 288 sq. Preliminar. Instruct. Catechism. Dresdens. §. 14. sq.* apud alios, *D. Frid. VVilh. Ducis Saxo Altenb. Rescriptum de catechizatione sub dato 19. August 1643. D. Ernesti, Ducis Saxo-Gothan. D. Augusti & D. Georg. VVilhelm. Ducum Brunsvic. quæ Ediçta sub titulo Consiliorum Reformatiorum a. 1664. publici*

blici juris facta sunt. *Instruct. de usu Catechismi Viadro-Francofurtani eisdem præfixa.* q) Ex antiquis: *Chrysostomus in Exord. Catech. ad illuminand. & August. T. IV. Opp. lib. de catechizand. rudibus.* E nostratibus, *B. Luth. præf. catech. min. p. 360. 361. 362.* prolixè, quæ contraxit *B. Carpzov. Ifag. p. 941. Brochm. System. T. II. p. 331. b. Dn. D. Spen. catech. præf. aliique.* E numero extraneorum, *Frid. Breckling. tr. de modo catechizandi,* ex professo.

§. 77. Vox catechumeni primario quidem doctrinam catechetica probe intellectam in responsionibus a catecheta requisitis resonat; quas ille promptus, intelligenter r) & memoriter, cum lenitate & reverentia, s) recitare debet.

r) Non enim sufficit nuda verba memoria tenere & recitare posse, ea autem, quid in Christianæ fidei vitæque cursu sibi velint, non intelligere, &c. *Glass P. II. Exegef. p. 265.* sed magis necessarium est, verum eorum sensum habere: & hoc examinibus catecheticis maxime intenditur. *Voetius p. 870. qu. IV. s) 1. Pet. III, 15. 16.*

§. 78. Sed & eandem tum catechetæ vocem, quando verba præit, submissè sequentem, tum de sensu non satis percepto interrogantem, t) aliisque hærentibus, quos memoria aut scientia deficit, responsiones, si calleat, suggerentem, u) audiri, sibi & condiscipulis suis ad scopum præfixum eo feliciter pertingendi non parum profuerit.

t) *Augustinus l. 4. de doctrina Christ. c. 10. Qui docet, &c. u) Rom. xv. 1. 2. Gal. v. 1. 2.*

§. 79. Qui scopus vel DEUM vel catechumenos respicit: respectu illius finis principalis ac supremus est ejus gloria: cui in Ecclesia omnia inserviunt, x) & ad quam rudiorum ac simpliciorum informatio in primis refertur. z)

Finis
Catechisationis.

x) *Col III, 16, 17. 2. Thess. I. 11. 12. 1. Pet. IV, 10. 11. z) Ps. 111, 2. 3. coll. Matth. XXI, 16. quando pueri ad pedes Rabbini sedent, verba legis discunt & ore suo nihil aliud quam verbum Dei sonant, cum illis divina habitat majestas, & spiritu ab illorum ore prodeunte recreatur: Sapientum apud Ebraeos dictum est, Buxt. Synag. c. 7. p. 139. conf. Matth. XI, 25.*

§. 80. Qui catechumenos attinet, finis est, intermedius, Fidei vel distincta, certa, explicita a) ac intelligens cognitio, prima ac ad salutem sufficiens, vel diserta professio & Apologia b) facienda; ultimus, salus æterna, c) finis fidei. d)

a) Eph.

a) Eph. iv. 11-14. 1. Pet. II, 2. contra fidem implicitam, Pontificiorum. b) 1. Pet. III, 15, 16. *Schilterus p. 49.* c) 2. Tim. III, 15. *Brentius præf. catech. pag. 10.* Ducem esse pueris ad audiendum & discendum catechismum, est præire eis ad percipiendam veram & eternam vitam. d) 1. Pet. I, 9. 1. Cor. XIII, 11, 12.

§. 81. Sunt & plures adhuc laudatissimi exercitii hujus fructus atque effectus: *communis*, Ecclesiæ conservatio, propagatio & ædificatio; *speciales*, remedium simpliciorum & νοητὸν & μνησκειν, captui eorundem imprimis accommodatum, diligentia in addiscendis capitibus catecheticis incentivum, experientia profectuum auditorum, & id genus alia. (*Schilterus p. 46. sqq.*)

§. 82. Immo vix commodior via excogitari potest, qua vulgus ignavum & ignarum ad Christianismum promoveatur: teste experientia omnibusque iis, qui disciplinarum aliarum fere omnium fundamenta hoc modo non sine fructu jacere solent, libere anuentibus.

Divisio.
Prima.

§. 83. Triplex autem merito instituenda est catechizatio, Ecclesiastica, scholastica & domestica: nulli harum opera ista tantum relinqui nec una alteri præjudicare sed subordinari eamque adjuvare debet; sicque catechesis primo dividitur.

§. 84. Differunt tres istæ species partim causa efficiente ministeriali & materiali in Qua, juxta diversum nempe respectum considerata; partim fine speciali, tandemque adjunctis loci ac temporis.

Ecclesiastica.

§. 85. *Catechesis* enim *Ecclesiastica* a ministro verbi divini cum rudioribus auditorum suorum in loco vel publico templi vel privato domi suæ, stato tempore, instituitur, ut catechumeni ad Sacramenta ac doctrinam Ecclesiasticam sublimiorem præparentur, & num conciones catecheticas probe perceperint, explorentur.

§. 86. Subdividi in generalem seu communem omnium & specialem, quæ, diverso respectu, vel convertendos vel confitentes & S. synaxin accessuros, vel Desponsatos attinet, potest.

§. 87. Illam, quando solis junioribus habetur, etiam confirmationem (in locum Papisticæ surrogatam) dici, non obstiterim: quamvis hæc & a quibusdam peculiaris Ecclesiæ ritus constituitur, e) & nonnullibi locorum, in quibus catechesin quoque audias, distincta ab ea, peragatur f)

e) *Chytraeus*

(e) *Chytraeus Kirchen: Agend. subjunct. cateches. P. II. c. 4. p. 223. seqq.*
Großgebauers Wächter, Stimme c. 5. p. 64. e Pontificiis, Discretus Catholi-
cus, l. 3. c. 3. sect. 4. p. 464-467. (f) v. g. Ecclesia in comitatu Mansfel-
dico, cujus initium Islebiæ factum, 1570. Agend. Ecclesiast. Mansfeld. c. 16;
& Viadro-Francofurtana, catech. ejusd. præfat. ad Lect. sub fin. it. Angli-
cana Reformatorum, Ordinat. Ecclesiast. §. von der Confirmation, &c. e
versione Großgeb. c. l. c. 17. p. 379. 394.

§. 88. Confundi vero cum concionibus catecheticis, quæ catecheses itidem sed improprie vocantur, non debet: differunt enim invicem, præcipue formam quod attinet.

§. 89. Unde & solæ illæ optimæ alias & fructuum non contemnendorum, operi huic impares esse videntur; conjunctæ autem voci catechetiæ, de qua nos loquimur, mirum quantum efficiunt & ædificationis auditorio rudiori afferunt.

Cyrillus, Procatech. Non existimes, institutiones istas (catecheses) esse similes homiliis: quamvis & illæ bonæ sint, & sive dignæ, tamen si quid in illis hodie neglexerimus, cras discere poterimus. &c. Gerso tr. de parvulis ad Christum trahendis: Sed asserunt me in prædicationibus publicis ista magnificentius operaturum. Id quidem forte pomposius, sed meo judicio non efficacius neq; fructuosius. Luth. catech. maj. p. 402 403: Neque enim est, quod speres, juventutem ex solis concionibus ista comprehensuram, aut sensibus & memoria reposituram. - - Sed non in hoc contenti esse debemus &c. T. VII. Vitteb. German. p. 371. b. & III. Altenb. p. 469: Sonst gehts täglich zur Predigt / und geht wieder davon ic. also höret mancher Mensch 3. 4. Jahr predigen ic. Voetius p. 870. Qu. III.

§. 90. Namque, si recte perpendamus, conciones istæ catechesibus ejusmodi egregie admodum juvantur & promoventur, quæ hac ipsa fini præcipue institutæ sunt, ut concionator catecheticus fructus sermonum suorum ab auditoribus repetere queat, & proinde attentioribus animis audiatur.

Fides ex auditu, Rom. X, 17. An vero recte audierit homo, catechesi explorandus est, Botsacc. Moral. voce Catechismi p. 150.

§. 91. Quin etiam, quod alius generis conciones attinet, iis catecheses tales, tanquam salutaris auditorum præparatio, næ commodissime inserviunt: quo istæ capaces postmodum & idoneas aures mentesque inveniant.

Ebr. v, 11. vi, 1. Tertullianus sui seculi hæreticis inter alia præposteram catechumenorum informationem, quod ante sint perfecti, quam educati & do-

eti, gravissime exprobrat, *lib. de præscript. advers. haret. p. III. conf. Schilt. p. 46. seqq.*

§. 92. Cæterum, quoad locum, catechesis illa de jure publice, h. e. coram facie Ecclesiæ totius in ædibus sacris quam sollemnissime institui meretur: de necessitate quandoque sub privato Catechetæ Ecclesiastici tecto fit, sic tamen, ut conventus perinde sit publicus: & talis, ex hac ratione, privato - publica dici potest, quæ non temere traduci aut in suspensionem trahi debet; quamvis illa, si haberi possit, merito præferenda sit.

Job. de Gersono, loco supra allegato: Amplius de loci & temporis importunitate, quæ tertia est calumnia -- quanquam locus aptior & ab omni suspitione remotior esse non possit, quam publicus in Ecclesia -- Quod si scandalizantur aliqui, interpretantes hoc ad pompam vel inanem jaçantiam, gloriunculam, hypocrisim vel papelardiam vel aliud hujusmodi, viderint, quid dicant. Profecto scandalum tale est acceptum & non datum, phariseorum non pusillorum, & proinde contemnendum, quoniam neque actus neque locus præfert ex se aliquam spiritualis ruinae occasionem.

§. 93. Quoad tempus, vel perpetua est, esse certe debet: vel temporaria, quæ certo anni, ap. alios æstivo, hyberno alios, alios quadragesimali, Michaelis, vel alio tempore tantum, instituitur, pro cujusvis Ecclesiæ consuetudine recepta: ipsa dies catechizationi dicata communiter & bene solet esse, *κυριακή*: quibusdam tamen in locis ea profectis etiam diebus instituitur: horæ statæ plerisque locorum pomeridianæ, nonnullibi antemeridianæ sunt.

§. 94. Hujus catecheseos fructus & effectus eximii quidam atque præcipui, cum plures alias sint, tangi hic saltem possunt, ut: conjuncta illa familiaritas & *συνήθεια* Doctorum auditorumque Ecclesiæ, non exiguum fiduciæ ac charitatis mutuæ & fluentis inde ædificationis adjumentum; juventutis Christianæ professio propria fidei, illam, quæ in baptismo ab aliis facta fuit, confirmans; gaudium commune & publicum tam universo fidelium cœtui, quam parentibus, & maxime *τοῖς ἀναδόχοις*, baptismi testes qui fuerunt, e catechesi, in primis juniorum, exortum; plurimorumque ad idem studium & accessum exercitii hujus stimulus ac incitamentum *1. Cor. XIV, 24. 25. Luth. T. III. Altenb. p. 467. Ueber diese öffentlich &c.*

§. 95. Quantum ad catechesin convertendorum: eam
prius

prius cum catechumenis vel infidelibus antea vel hæreticis Ecclesiæ veræ nomen profitentibus minister Ecclesiæ privatim peragit, quam vel S.S. Baptismi vel synaxeos perceptione in eandem recipiantur & fidei suæ professionem vel in baptismo vel Revocatione quadam publice recitent.

Voetius Tr. II. Sect. III. c. 4. p. 697. de modo adversus vulgarem Jesuitarum in utraque India catechizationem gentilium baptizandorum agit, quem videbis.

§. 96. Confitentes & sacram synaxin vel primum vel quotiescunque accessuri, aut singuli seorsim in ipso confessionum loco sive commodius antea sub privato confessionarii pariete, aut omnes conjunctim in loco publico templi sive ejusdem sacrario, prius a confessionariis informantur & ad digne percipiendum sacramentum rite præparantur.

modum præscripsit *Constitut. Ecclesiast. D. August. p. 23. in Agend. pag. 24 25.* prævit autem *B. Luth. in Erotematis, pro accessuris mensam Domini, Catechismo minori, prout vulgo extat, subjunctis.* Evolvendus hic quoque *Chytraus* est, in *Kirchen. Agend. p. 223. sqq. B. Rhenanus præf. L. Tertull. de Pœnit.* eleganter admodum de hac specie sentit: *Ibi, inquit, unius horule spatium plus proficit laicus, quam triduana concione. Nam dum e suggestu declamat Sacerdos, &c.* conf. *B. Dannh.* hæc approbantem *L. C. P. I. p. 20. Ecclesia Ultrajectina* consuetudinem hujus rei non illaudabilem describit *Voetius p. 861.* quem simul *Tr. II Sect. IV. de Adm. Cæn. c. IV. p. 794.* legisse non pigebit.

§. 97. Desponsatos tandem quod attinet: non illaudabili Ecclesiarum quarundem consuetudine receptum est, eos ante proclamationem & copulationem, catechizationi Pastoris privatæ submitti, ut, qui hæctenus neglectis forte catechesibus rudes adhuc inventi commoda hac occasione oblata denuo instruantur, cum postea familiam constituentibus ipsi non tantum catechumenorum classe exempti esse sed & familiam suam in catechesi domestica informare debeant: vel peculiari ratione de conjugio, quod jam ineunt, saltem erudiantur. (*Ebr. V, 12. Constitut. Ecclesiast. General. Art. IV.*)

§. 98. Sic fuit catechizatio Ecclesiastica: quæ, ut sic, solis Ecclesiæ ministris competit; g) ut aliis etiam, sed diverso respectu, adscribatur. b)

E 2

g) videat.

g) videatur *Thomas P. 3. q. 71. respons. ad art. 3. b)* v. g. catechesis conversiva uxori fideli nuptæ marito infideli 1. Cor. VII, 16. (quæ fit p. doctrina p. exemplo 1. Pet. III, 2. non autem intelligi eam, quæ ministri Ecclesiæ est, patet ex 1. Cor. XI v, 34. 1. Tim. II, 12.) it. omni Christiano, Jac. V, 19. 20. in suo nimirum genere.

Scholasti-
ca.

§. 99. Sequitur *scholastica* a Præceptoribus cum scholarium suorum rudioribus, ut ad Ecclesiasticam eos præparet, vel hanc repetat ac denuo inculcet, in auditorio scholæ, stato tempore, instituta.

De scholis trivialibus sermo est. Duplicis generis illæ sunt, aliæ lectionem, orthographiam & arithmeticam tantum docent, *Germanica* dictæ: aliæ præterea linguarum & artium fundamenta ponunt, quas proinde vulgus *Latinas* solet appellare: in neutris catechizatio negligi debet: hoc discrimen tantum intercedere videtur: Catechismum in posterioribus non vernaculo solum sed & latino aliisque peregrinis idiomatibus proponi ac disciplinæ more doceri posse, quo sic una opera eruditioni discipulorum cum sacra tum profana consulatur. *Dn. a Seckend III. IX. 4. p. 594.* Ad Academias equidem *Voetius Tr. III. c. 1. p. 839. §. 2. q. 1. n. 1.* etiam extendit eandem, sed improprie: alia enim sunt collegia Theologico-catechetica a catechesibus proprie dictis; & studiosos cujuscunque Facultatis ultra elementa religionis Christianæ omnino pervenisse decet; conf. tamen §. 25. *supra, not. subj. n. 2. §. 4.*

Domesti-
ca.

§. 100. *Domesticam* i) tandem, quam in gratiam domesticorum catechetæ domestici sub lare suo, itidem tempore stato, l) & eodem, quo scholastici, fine, m) habent, intelligimus.

i) Huc referri debent familiæ collegiatæ, & domus piæ, quales sunt orphanotrophia, Nosocomia, Gerontodochæa, item naves ad remotas terras abeuntes, &c. *Voetius l. c. n. 2.* l) quod enim non stans certisque temporibus, id plerumque negligenter aut nunquam fit. *Idem c. VI. §. 2. p. 962.* m) in primis repetitionis; evolvantur *Chrysost. hom. 11. in Matth. §. 2. in Job. & Wilb. Zepperi Polit. Eccles. l. 1. c. 5. p. 66. 67.*

§. 101. Utriusque igitur norma esto catechesis Ecclesiastica, tanquam optima & perfectissima: n) unde quoque sequitur, auditores Ecclesiasticos omnes illi interesse debere, si non ad respondendum cum catechumenis, ad audiendum tamen: quo & scientiam catechizandi alios addiscant, & de suorum profectibus certiores reddantur. o)

n) perfectissimum in unoquoque genere mensura reliquorum. *αὐτὸν δὲ εἰς ἐν-
θεν τε ὑπείρχον ἑμμεναι ἄλλων.* o) *Dn. a Seckend. III. X, 5 p. 632. 633.*

§. 102

§. 102. Catechizatio deinde omnis, ratione objecti & modi, in thetico-practicam, scripturariam seu exegeticam & elencticam distingui potest. Secunda.
Thetico-
practica.

§. 103. *Thetico-practicam* dicimus, quæ primo thesin catecheticam explicatam, confirmatam & illustratam exercet, subjungens postea ex unaquaque pietatis ac consolationis porismata. *p)* Hæc species, sicuti simplicissima & communissima, ita quoque optima videtur.

p) qualem intelligi velimus, *Voetius* explicabit *p. 854.855.*

§. 104. Deinde *Scripturariam*: qua testimonia & exempla scriptura eodem modo catechumenis necessario inculcantur, ut nimirum & illorum solidam intelligentiam hauriant, quibus veritas doctrinæ catechetice unice innititur. (*Idem p. 858.859.*) Scriptu-
raria.

§. 105. *Elencticam* denique, quæ thesin ab antithesi vindicat, non quidem prorsus omittendam, cum Catechismus sit symbolum, quo vere credentes ab infidelibus & hæreticis discernuntur: attamen prudenter, ratione cum catechumenorum tum temporum statusque Ecclesiæ habita, peragendam esse, statuimus. (*Idem p. 853.854.*) Elenctica.

CAP. II.

Ecclesiastico-historicum.

§. I.

Talis aut certe parum absimilis rudiores elementa religionis docendi ratio est omnium antiquissima: videtur ex ipsa Ecclesiæ Judaicæ consuetudine posse deduci: quantum enim ad *catechesin domesticam*: eam tam expressa divina præcepta, *a)* quam commendata sanctorum exempla *b)* aliorumque testimonia *c)* non obscure innuunt. Ecclesiæ
Israeliti-
cæ.
Domesti-
ca.

a) Deut. IV, 10. (quibus verbis ad Decalogum seu Legem respicit, Exod. xx, 1-17.) VI, 4. 5. seqq. 20. 21. coll. x. 1. 2. 19. 21, xxxii, 46. (*Josephus l. 4. antiq. Judaic. c. 8. Inter alia hoc præceptum sanxit Moses: Pueri etiam ante omnia leges ediscant &c.*) in specie Exod. xii, 26. 27. xiii, 8. (in quem locum evolvatur *R. Jac. Abendana ad R. Schlomoh ben Melech Michlal Jovi in h. l.*) 14. item Jos. iv, 6. 7. 21. 22. *b)* Abrahami Gen. xii, 19. Eunices, Act. xvi, 1. 2. Tim. I, 5. III, 15. Judæorum in genere, Rom. II, 17. 18.

E 3

c) Buxt.

c) *Buxt. Synagog. c. 7. p. 135.* de Judæorum ad pietatem educatione & institutione, e monumentis eorum, testatur, *liberos a teneris, sacris quam diligentissimo imbui: ubi clare & distincte jam loqui possunt, selectas aliquot S. Scripturae gnomas docentur, veluti: Legem præcepit nobis Moses & c. item, Audi Israel, Dominus Deus noster unus est; & similes. p. 140. annos nati quinque Pentateuchum, sed ex sola auditione, & sæpius iterata repetitione & legere & interpretari discunt, secundum Pirke abhoth c. V. Mischn. XXI. De Examine domestico Paschali, juxta Exod. c. l. videantur Rambam *Jad chasakah T. I. f. 247. col. 2. coll. Maxime-Venerand. D. D. Sebast. Schmid. Tr. de Pasch. P. II. p. 213. & R. Isaac Abarban. comment. Seder Thephillotb. in haggada.**

Scholastica.

§. 2. De scholastica nos non dubitare sinunt ratio docendi in Synagogis & factum, quod cum servatore nostro, Jesulo duodecenni in schola tali accidit.

Luc. II, 46. 47. in templo, h. e. synagoga templo contermina vel inclusa, seu auditorio quodam templi, loco Synagogæ, habito, Joh. XIX, 20. videtur omnino B. Chemnit. *Harmon. T. I. in h. l. p. 142. a. b.* & repetantur ex antecedd. c. I. §. 46. cum annotatis.

Ecclesiastica.

§. 3. Sola Ecclesiastica videtur dubia: cum illius vestigia, fa-
teor, non adeo clara extent: veruntamen tam præceptorum divi-
norum d) quam exemplorum e) in domesticam probandam al-
legatorum pleraque ita comparata sunt, ut ad speciem Ecclesia-
sticam simul referri omnino oporteat; & scholastica, exemplo Je-
suli modo confirmata, certo respectu Ecclesiastica quoque dici de-
bet: Profelytos de religione sua institutos prius fuisse, quis du-
bitet? f) & quidni, eam instructionem catechesin conversivam
fuisse, asseri posset? Visitatio a Josaphato, Rege Judæ, instituta sine
Examine quodam catechetico rite vix peragi potuit. g) Quid Sa-
lomo notatu dignissimis verbis (Prov. XXII, 20. 21.) sibi velit, num
simile forte exercitium, aliis judicandum relinquo. Ad mini-
mum nobis hoc sufficiat: Sacerdotibus a Deo per Mosen curam
spiritualem juniorum & rudiorum non minus quam adultiorum
serio fuisse injunctam. h)

d) quia universalis sunt, in primis Deut. VI. & XI. c. v. e) quia ante constitu-
tum publicum docendi ministerium Patriarchæ non patrum familias tan-
tum officio sed & ministerii Ecclesiastici munere in domibus suis funge-
bantur, quæ cultus divini ratio citra controversiam prima omnium & an-
tiquissima extitit, D. Schomer. §. 17. Et sic familia Patrum reuera Ecclesiæ e-
rant: Pastores, Sacerdotes & Doctores erant parentes: liberi & domestici
erant

erant catechumeni, discentes doctrinam &c. non male Pareus in exemplum Abrahami supra citatum commentatur p. 1161. f) Christ. Gerson Talmud. c. 33. p. 242. sqq. cujus catecheseos formula tr. Jebhamoth. fol. 46. 47. præscribitur; probant alias ex historia Ruth: Magnif. Dn. D. Carpz. Colleg. Rabbin. Bibl. in libell. Ruth. Diss. 11x p. 81. Et animadvers. ad Schickard. Jus Reg. Ebr. c. V. theor. xvii. p. 331. sqq. omnino videatur. Atque in hunc præcipue usum R. Moses Maimon. xlii. fidei articulos composuerat, Christianæ potissimum religioni oppositos, de quibus ipse comment. ad Massech. Sanhedrin f. cxxi. col. 1. & Diss. M. Jo. Henr. VVolff. sub. præsid. laudatissimi Carpzobii hic habitam a. 1681. & Michtam le David R. Dav. Vidalii, in quo hic prolixam eorum explicationem dedit, sicuti e versione Cl. VVolffii videbimus, quam brevi tempore proditura esse accepi, consulantur; conf. laudati sæpius D. D. Carpz. Introduct. Theol. Judaic. ad Pugion. Fid. Raym. Mart. cap. ix. g) 2. Paral. xvii, 7. 8. 9. h) Deut. xxxi. 9-13.

§. 4. Ecclesiæ Christianæ ritum & consuetudinem catechizandi nunc ordine jubemur exponere: Hujus facies vel ipsis Apostolorū, vel Patrum priorum, vel Antichristi, vel Reformationis tempore considerari potest. Primo igitur Apostolis rationem catecheseon moris fuisse, ostendunt in genere ea novi fœderis testimonia, quæ illos instruxisse dicunt alio doctrinæ Christianæ genere rudes ac incipientes seu e gentilismo & Judaismo Ecclesiam noviter accedentes, & alio rursus adultiores ac exercitatos in fide; (i) deinde in specie probant idem alia, quibus verbum ipsum, τὸ κατήχῃν, eo modo usurpatum legitur; (l) & tandem exemplum Ecclesiæ Galatensis, (m) Patrumque testimonia (n) illud luculenter confirmant.

Christianæ,
tempore
Apostolorū

(i) 1. Cor. III, 1. 2. Ebr. V, 11. ult. VI, 1. 2. 3. (de quo loco conf. Gerb. Exeg. L. I. Art. de Scriptura S. §. 277. n. 2 p. m. 107. edit. fol. L. L. Theolog. T. I.) 1. Pet. II, 2. (l) Luc. I, 4. Act. xix, 26. 1. Cor. xv, 19. 20. (m) Gal. vi, 6. (n) e quibus Eusebius, Apostolos ac Evangelistas Domini catechetarum munere Alexandria (S. Marcum) & alibi perfunctos esse, refert H. E. l. 6. c. 3. aliisque in locis quamplurimis Chrysostomus Serm. 6 de Paulo: ὁ Παῦλος, inquit, τὰς δεσμώτας κατήχησε, respiciens forte ad Act. Apost. c. ult. v. penult. & ult.

§. 5. Apostolos strenue secuti sunt, Patrum priorum tempore per aliquot secula, plurimi Ecclesiarum scholarumque doctores, qui eandem docendi elementa religionis Christianæ formam ac rationem tenuere, catechetarum inde peculiari titulo insigniti: tales fuere, Romæ, Justinus Martyr, ubi διατετακτὸς suas habuit;

Patrum.

(o)

(o) Alexandria, in διδασκαλείῳ τῆς κατηχήσεως præ cæteris celebri, Pantænus, Clemens, Demetrius, Origenes, Heraclas, Dionysius, Athanasius, Didymus, Ambrosius, aliique; (p) Cæsareæ in Palæstina, Origenes. (q)

(o) Hieron. in *Catal.* & Photius in *Bibliotheca* (p) Euseb. V. 10. 11. VI. 2. 3. 5. 8. sub fin. 15. 16. 19. 22. VII. 15. (q) VI. 19. sub fin. Conf. Cl. Viri Tob. Pfanneri eruditus libellus de catechumenis antiq. Eccles. c. III. §. VI. VIII. pag. 254. sq. & *Disp. de Catechizatione veterum, sub præsid. Magnif. Dn. D. VValth. Vitteb. hoc anno habitam.*

§. 6. De aliis Ecclesiis idem ex tot veterum Patrum, Tertulliani, Cypriani, Athanasii, Basilii M., Gregorii Nazianz., Ambrosii, Hieronymi, Chrysostomi, Augustini, Cyrilli Hierosolymitani, Theophylacti, aliorumque scriptis, imprimis catecheticis, constat: & multis conciliorum veterum, ut: Nicen. I. Oecumen. (testibus *Socrate l. 1. c. 5. 8.* & *Ruffino l. 1. c. 6.*) Agathens. Nicen. II. &c. fuit commendatum.

§. 7. Et hæc catechesin scholasticam nec non Ecclesiasticam præcipue spectant: quantum vero ad domesticam, exemplum Basilii, se infantem ex nutrice, Macaria, τῷ τῆς κατηχήσεως Gregorii Thaumaturgi, audivisse & didicisse, referentis, (*Ep. 75. ad Neocesariens. T. IV. p. 706.*) huc omnino pertinet, & in genere, de moribus primitivæ Ecclesiæ, quoad hoc officium domesticum, *Job. Frontonis Ep. de familiis Christianorum* conferri legique meretur.

Antichristi,
neglectus.

§. 8. Ut adeo morem catechizandi in Ecclesia magno cum fructu circa annos DC constanter servatum esse, facile appareat: (r) a seculo VIto vero, eo tempore, quo Antichristus uterque, occidentalis (s) & orientalis (t) publice prodire conatus, & Italia Gothorum aliorumque barbarorum invasionibus vehementer vexata fuit, (u) ille sensim negligi cœpit, ac tantum non plane cessavit, neque ad pristinum statum per nongentos ferme annos perfecte rediit.

(r) *Schilterus p. 12. Kromay. H. E. Cent. 2 p. 94.* aliique (s) secundum Dan. XI, 36. 2. *Thess. II, 3. seqq.* Gregorius M. a 583. imagines in templis substituit, eas Laicorum Biblia dicens, quo nomine antea catechesis insignita fuerat, *Kromay. c. 1. & 6. p. 217.* traditiones longe lateque invalescebant; Theologia scholastica, catechistica oblitterata, initium & incrementa capiebat; clerici rudes ipsi & negligentes erant; tyrannis Antichristi indies crescebat. *Luth.*

T. V.

Luth. T. V. Jen. f. 122. D. Mylius conc. Papal. p. 187. 188. 204. 205. (t) Muhammed, Imperatore Heraclio A. C. 600. & seqq. Ita uno tempore in Ecclesia tam Orientali quam Occidentali laudatus ritus expirasse videtur. (u) Procopius bell. Goth. l. 1. Leonh. Aretinus bell. Goth. l. 1.

§. 9. Ritus equidem confirmationis, (quem Pontificii male falsoque Sacramentum faciunt,) qui ex parte catecheseos formam, secundum consuetudinem purioris antiquitatis, obtinere debebat, residuus mansit: at, quotannis pluribus accessionibus superstitionis, successive auctis, contaminatus, (quemadmodum adhuc hodie videre est,) & in meros abusus mutatus ac everfus, (quod plurimorum antiquæ Ecclesiæ rituum piorum ac utilium, in Ecclesia Romano-Papistica deinde fatum extitit,) ne speciem quidem catecheseos cujusdam posterioribus temporibus habuit.

Ex professo *B. Chemnitius Exam. Conc. Tr. à p. m. 248. a - 260. a. contra Conc. Trid. Sess. VII. Can. 1. Brochm. System. T. II. p. 426. b. 427. a. adversus Bellarm. l. 2. tom. 3. c. 2. col. 336. seq. Ipse Discretus Catholicus fatetur l. 3. c. 3. sect. 4. p. 464-467. coll. D. D. Kuhnii, Discret. Cathol. autocatacrit. C. XIX. p. 125-128. conf. Mart. Bucer. Oper. Anglicanor. f. 441.*

§. 10. Hac ratione igitur non mirum, catechismum antiquum ad tempus quasi sepultum jacuisse & omnem fere catechizandi rationem in Papatu fuisse sublatam: inde quoque crassa barbaries illa & detestanda hominum ruditus tot secula invaluit, de qua cordati & candidioris mentis Papistæ ipsi omni tempore x) & Lutherus z) in primis sub initium reformationis, conquirendi causas graves satis justasque habuere.

(x) *Valerianus M. in Judio defenso de regula credendi A catholicorum scribit: Fuerat ea tempestate catechismus Christianæ plebi rarus, ignorantia frequentior. (z) pref. catech. min. p. 359. 360: Miserabilis illa facies - &c, &c vobis. T. V. Jen. f. 122, alibique passim.*

§. 11. Nisi quod divina Bonitas reliquias quasdam, tam catechismi (α) quam piorum Patrum familias magistrorumque scholarum eundem in catechesi domestica ac scholastica exercentium (β) medio in Papatu etiam reservaverit. (γ)

(α) Maxime ad Decalogum, Symbolum Apostolicum & Orationem Dominicam, Trinum illud perfectum, quod spectat: quas partes *B. Lutherus* se in Papatu adhuc, in piorum familiis quibusdam, quamvis valde imperfectas & obscuras invenisse passim testatus est, v. g. *T. V. Jen. p. 83. Postill. domest.*

Reliquiæ.

meft. D. XII. Trinit. homil. 2. Sc. (C) Matthæus de Vita Lutheri. Conc. VI. p. 63. a. b.

§. 12. Indequè non prorsus defuerint homines pii & religiosi, ex Imperatoribus & Principibus, ex Episcopis, ex Doctorem classe, imo ex cœtibus quibusdam purioribus, qui neglectum catechizationis ægre ferentes, eam subinde in Ecclesiam reducere conati sunt, & vel in scriptis diligenter commendarunt, vel exemplo ipsi strenue præiverunt.

Beda venerabilis, Presbyter in Anglia, commendat scriptis suis; Imperante Carolo Magno Decretum prodiit, (Ursinus Analect. Theol. p. 10.) quo omnes ac singuli, ut symbolum Apostolicum & orationem dominicam saltem addiscerent, serio admonebantur: qui pientissimus Rex hoc fine etiam inter alios tot monasteria erexit, B. Schupp. Opp. p. 70. 75. 76. & append. p. 403. Huc pertinet Dialogus ille Anselmi, Archiepiscopi Cantuarenfis in Anglia, cum moribundis institui solitus indeque Agendis quibusdam Ecclesiasticis veteribus insertus, qui habetur ap. D. Hildebr. tr. de arte bene moriendi c. 7. §. IV. V. p. 100. 101. 102. Praxin catechizandi VValdensum & Albingensum, Joh. Paulus Perrinus adducit l. 3. histor. & de illis Thuanus quoque testatur l. 27. p. 1218. De fratribus unitatis Bohemice idem ex disciplina eorundem patet. Joh. de Gersono, Cancellarius Academia Parisiensis, neglectum Catechismi Clero sui temporis non exprobravit modo acriter, in Ep. de Negligentia Prælatorum & tr. de parvulis ad Christum trabendis: sed & ipse senex admodum ad pueros catechizandos se contulit, sicuti in vita ejus & a Launojo Histor. Colleg. Navarr. T. II. P. III. Lib. 2. c. 1. p. 490. refertur, cujus rei apologiam supra sub § 14. habuimus. In specie, ad catechizationem domesticam allegat Voetius statuta Ecclesiastica Ecclesiarum Sclavonicarum, unitatis Bohemice in Bohemia, Moravia, majori & minori Polonia, a. 1633. & denuo 1660. edita, eorumque nominatim C. de ordine domestico auditorum Can. 4. originemque hujus piæ ac utilis consuetudinis ab Ecclesiis VValdensibus, VValdensium a Pædemontanis, harum ab antiquis ante Antichristum adhuc florentibus, omnium denique ab Apostolicis deducit c. VI. § 2. p. 961 962.

Reformationis; re-
stauratio, a
Luthero
facta,

§. 13. Usquedum DEUS ex immensa misericordia majorum nostrorum temporibus Ecclesiam Christianam per singulare organum suum, Mart. Lutherum repurgari & in claram lucem restitui curavit: in quo Reformationis opere beato Megalandro nostro, detestanda plerorumque in iis quæ ad salutem spectant, ruditate & catecheson necessitate, cognitæ, nihil majori curæ extitit, quam ut catechesin orthodoxam, ad succurrendum præcipue rudiorum

diorum simplicitati, orbi Christiano ante omnia restitueret. Hunc enim in finem & catechismum in lucem reduxit, a sordibus repurgavit, supplens lacunas, explicatione sua, in forma catechetica, addita γ) & catechizationem denuo instituit, δ) cuius in gratiam catechismum edidit, ε) modum præscripsit, ζ) præbuit exemplum, η) ac omnes Ecclesiæ status, ut suo quisque officio ad hoc tam salutare institutum stabiliendum, rite fungeretur, serio graviterque admonuit. θ)

γ) de quibus supra §. 57. sqq. præfat. catech. min. pag. 359. Miserabilis-coegit. δ) præfat. Zachar. item von der deutschen Messe in T. III. Altenb. p. 467. sqq. IV. p. 465. 472. 520. & fere per tot. V. Jen. p. 122. VI. VV. G. f. 52. b. VII. 371. IV. 430. a. 388. b. III. Altenb. p. 155. sqq. conf. Matthes. in vita Lutheri conc. VI. p. 61. a. ε) præf. catech. min. p. 361. catech. maj. p. 403. ζ) ibidem l. c. supra sub §. 76. & T. III. Altenb. p. 469. sq. IV. 465. η) Matthes. conc. VI. p. 60. θ) præf. catech. min. Ecclesiasticum p. 360. sqq. 365. Politicum & Oeconomicum p. 361. 363.

§. 14. Nec sine effectu. Comprobavit enim ac confirmavit ab Ecclesia saluberrimum hoc institutum Ecclesia orthodoxa, ejusque curatores, Magistratus, quisque in sua ditione, idem peculiaribus sanctionibus Ecclesiasticis quam diligentissime ordinaverunt. - fia com-
- probata,

Apol. ad A. C. art. XV. p. 212. Apud adversarios nulla prorsus est κατήχσις puerorum, de qua quidem præcipiunt canones. Apud nos coguntur pastores & ministri Ecclesiarum publice instituere & audire pueritiam. Et hæc ceremonia optimos fructus parit. Sigismundi, Archiepisc. Magdeb. Rescriptum datum Halæ Saxonum in arce S. Mauritii die Veneris post Fest. Trinit. an. 1562. ad omnes subditos suos in Archiepiscopatu Magdeburgensi & Episcopatu Halberstadiensi, cujus num. 6. agit: von Aussagen des Catechismi/ habetur apud B. Mengerling. in Scrutin. Consc. Catechet. p. 143. sq. in qb. 24. super Tab. Oeconom. In Ecclesia Argentoratensi de ordine isto catechizandi instituendo actum fuit a. 1572. quod constat e literis D. Sim. Sulzeri Th. Helvet. responsoriis ad Marbachium, cum Theologorum Basileens. consil. in hanc rem expeteret, scriptis 18. Mart. illius anni, D. L. Fecht. Ep. Marbach. P. IV. Ep. XCIV. XCVII & apparat. c. IIX. p. 289. sqq. David Chytraeus jussu Magistratum quorundam Agenda Ecclesiastica composuit & cum catechismo suo Rostochii edidit a. 1578. quorum c. 3. p. 217. sqq. catechizatio Ecclesiastica instituitur; conf. præfat. p. 177. b. 178. b. Idem institutum in D. AUGUSTI, Elect. Saxon. ordinat. Ecclesiast. General. Artic. IV. f. 288. 289. n. 4. V. f. 301. & f. 184. 185. in Visitatoria Art. XI. & XII. f. 226. habetur & in Decreto synodali Generali D. JOH. GEORG. I. renovatur. Conf. Ordinatio Visitatoria Elect. Brandenb. art. X. & XII.

Praxis.

§. 15. Et res ipsa feliciter successit: floruit enim tunc temporis catechesis undique ferme, viguitque non Luthero tantum superstite, sed & defuncto eodem, sub finem prioris ac initium adhuc currentis seculi.

De catechesi in Saxonia, tempore JOH. Elect. Saxon. testimonium ipse Lutherus perhibet in Ep. quadam ad eundem de hac perscripta, quæ habetur *T. V. Altenb. p. 24.* Et circa a. 1537. tempore Joh. Friderici, Ducis Saxonie, speciatim Torgavia in Misnia consuetam fuisse catechesin Ecclesiasticam publicam, ex historiola quadam colligimus, quæ refertur apud *Tit. LL. Theolog. Histor. I. V. 7. p. 23.* & *Clariff. VVilck in Nepot. Saxon. D. pag. 14.* In Magdeb. Episc. eo tempore, quo GEORGIUS, Princeps Anhaltinus, Capituli, quod ibi est, præpositus fuit, e *Dresseri Millen. sexto p. 204.* & speciatim pago quodam, cui nomen Ummendorff/ex *Spangemb. Adel. Spiegel D. P. Laurent. in 2. Sam. 1. apud Tit. p. 23. n. 8.* In Ecclesia Viadro-Francofurtana idem auspiciis *D. Andr. Musculi, a. 1552.* circiter cœptum fuit, præfat. *catech. Francof. nec non Islebiensi, e M. Cyr. Spangemb. Conc. Catechet. I. p. 1.* & alibi passim, e *D. Simon. Musao, Exam. Catech. præf. De V Vittebergenfi, ab ætate Lutheri usque ad suam, aliisque pluribus, ut & vallis Joachimicæ, Matthæsius de vita Lutheri, conc. VI. p. 61. a.* De Simmerensi, tempore Richardi, Ducis Simmerensis, e *libello nuper admodum Dresda edito von der Kinder-Lehre/B. 6.* Hic Lipsiæ, e *conc. catechet. D. VVeinrich. Superint. postea, tum vero Concionatoris Catechetici, (sicuti in Dedicat. a filio suo, editore, vocatur, h. e. cujus peculiare officium fuit, catechismum pro concione in continuo cursu explicare) III. p. 36.* ætate *B. Strigenitii, mei in linea materna ab avi, Misnæ alibique, e conc. ejusd. de infantibus VI. p. 321. 322. n. 2.* colligitur. A. 1614. in loco quodam ditionis Magdeburgensis (*Obisfeld*) catechizatio hæcenus aliquantum neglecta novas vires resumit, apud *Tit. p. 26. n. 13.* *B. Balduini* ætate adhuc in nostris etiam oris doctrina catechetica examina publica instituebantur, quæ ejus verba sunt *C. C. L. 2. c. 1. cas. VII. pag. 64.* Circa hoc tempus catechesis in ditione Brunsvicensi negligi cœpit: (*Gesen. Catechismus Schule/ dedicat. a. 6.*) Ergo jam antea ibidem instituta & recepta fuit. A. 1626. d. 8. Jan. Magistratus Ulmenfis ritum hunc in sua Ecclesia instituebat, *D. Dieteric. in Singular. P. IV. Conc. Catechet. tunc habita, p. 117.* A. 1629. Jubilæum quoddam catecheticum per examina catechismi publica in comitatu Mansfeldico celebratum fuit, teste de sua Ecclesia, h. e. Heckstedtensi, cujus pastor erat, *Titio, p. 26. n. 12, e Registratura Ecclesiastica Heckstedtensi &c.* Circa An. 1636. Staada in Archiepiscopatu Bremensi catechizatio instituitur, *Consil. V Vitteb. T. I. p. 786. a.*

Adversari-
orum æ-
mulatio.

§. 16. Immo & ipsi adversarii deprehendentes, quantum sibi detrimenti, nobis autem emolumentum catecheses hæc afferant, easdem

easdem ex invidia quasi *emulari* cœperunt, & huc usque in locis non paucis constanter profecuti sunt.

§. 17. Quod enim *Pontificios* attinet: Jesuitæ i) in primis, cum Lojola κ) suo, sibi hoc officii, ut per catechizationes rudioris juventutis & convertendorum gentilium lapsi Papismi ruinas sarcirent, datum esse putarunt: & Concilium Tridentinum λ) interprete Pio V. supremo Pontifice, operam illam omnibus parochis serio graviterque injunxit: μ) ut nec exempla defint exercentium, ν) nec monita commendantium, ξ) ubi omitti illud vel negligenter peragi videant.

i) *primum seculum Jesuitarum*, L. 3. c. 6. L. 6. c. 3. Sect. 1. & de P. Canisio, in *vita ejus*, c. IX. p. 51. κ) *in vita ejus & Maffejus* L. 2. c. 7. & 14. λ) *Sess. 24. c. 7. 8. & Sess. 25.* μ) *præf. catech. Trident.* ν) v. g. Budissinæ, ante paucos adhuc annos, sicuti ab *αὐτόπταις* quibusdam accipio: & alibi passim, procul dubio. ξ) in genere vid. *Anton. Possévin. de necessitate, utilitate ac ratione docendi catechismum.* Cl. *Espenceus* in 2. *Tim. 3. f. 402. sqq.* exercitium catecheseos vehementer urget, neglectum ejusdem suis sociis valde exprobrans. Idem faciunt *Jac. Bayus Institut. Relig. Christian. ad Catech. Roman. præfat. ad Lect. & l. 1. c. 1-4. p. 1-5.* & *Henricus, Episc. Rurmund. in Epistola operi illi præmissa.* Recentius & illustrius est *Discreti catholici l. 3. c. 2. Sect. 1. p. 428. 429. Sect. 2. p. 430. 431. 432. in Dn. D. Kuhnii Autocatacritico c. xxix. p. 162*

§. 18. Palmam hisce præripiunt *Calviniani*, exercitiis catecheticis, si qui alii, intenti. Fuit hæc eorum praxis jam inde a B. Lutheri nostri tempore recepta; in synodo Dordracena magnam accepit autoritatem; a Doctoribus suis passim commendatur, & in plerisque cœtibus hodiernum floret vigetque.

Hyperius tr. de catechesi inserto *Opp. Theolog. Musculi; Aretius P. III. Problem. Job. Prideaux Cons. 4. ad Act. XII. 24. 25. p. 32. Job. a Lasco in forma & ratione Ecclesiastici ministerii Ecclesiarum peregrinarum in Anglia*, p. 85. (ubi etiam gravissime de usu & neglectu ejus verba facit.) In Anglia, ex *ordinat. Ecclesiast. Anglican.* sub Edvardo VI. Rege promulgata, e versione B. *Großgebauers* in *der Wächter-Stimme* c. 17. p. 398. & restitutam a *Jac. I.* commendat *D. Hall. tr. alte Religion/e* versione B. *Großgeb.* l. c. p. 763. *sqq.* In ditiones Palatinatus Electoral. eandem *Frider. III. Elect.* introduxit: vide *Rescriptum* ejus *Catechismo Palatino-Heidelbergensi* præmissum & *Judicium Theologorum Palatinorum de catechizandi ratione* in *Actis Synodi Dordracenæ*, *Sess. XV.* Idem de Helvetiis, Genevensi, Emdana aliisque patet itidem ex *Actis* illis l. c. In genere huc spectat universale Decretum Synodi istius hac de re *Sess. XVII. p. 44. Ep. Limborch, CCCXVI. p. 515. a.*

particulares sententiæ Theologorum magnæ Britanniæ, Palatinatus, Hassiarum, Helvetiæ, Genevæ, Bremæ & Emdæ habentur *ibidem* & *Sess. XV. p. 35. seqq.* Ordines Hollandiæ *Ep. quadam* missa ad singulas classes ad opus hoc omnes excitant, cuius exemplar *Job. Hornbeck* libello suo vernaculo *de catechizatione* inseruit, qui etiam hac de re conferendus est in *Summa controvers. p. 553. 554. Bucerus de Regno Christi p. 64. Opp. Anglicanor. f. 440.* necessitatem illius & modum ostendit. *Gisbertus Voetius Polit. Eccles. P. I. L. 2. Tr. III. Cap. I. p. 834--873.* multa in hanc rem habuit, suis quæque locis hic a nobis annotata. Hodie in Belgio, Helvetia alibique apud Calvinianos catecheses etiamnum florere, nullum est dubium: quemadmodum de Anglia præcipue ap. Presbyterianos & de Basilea a nonnullis certior factus sum.

§. 19. E *Socinianis* quoque mihi inprimis de eorum, qui *Claudiopoli* in *Transsylvania* congregati sunt, consuetudine catechizandi, certo constitit: ut de aliis sectis, quarum nulla fere datur, quin catechismo & catechizatione sua gloriatur, nunc nihil addam.

Neglectus

§. 20. In nostra Ecclesia Electorali Saxonica & Orthodoxis forte aliis egregius ordo iste a Lutheri Reformationis tempore, sicuti diximus, cœptus ad bellum illud Germaniæ tricennale usque durasse videtur: quo perturbatum eum ac eversum fuisse nihil mirum, cum omnis boni Ecclesiastici ritus ac ordinis ruinam afferre bellum sit in propatulo; in hunc etiam terminum plerique autorum & proximi ætate a bello isto catecheseon neglectum, in nostris præsertim regionibus, collocent.

non universalis,

§. 21. Plures tamen aliæ eundem vel plane imperturbatum, singulari divina gratia, constanter retinere, vel durante adhuc apud nos aut confecto bello illo, laudabili conatu mox restituere: ut paucas hodie reperias, in quibus præstantissima consuetudo illa etiamnum sublata jaceat.

Anno 1638. in comitatu Mansfeldico usitata fuit, ex *Agend. Eccles. Mansfeld. c. 16.* apud *Tit. p. 25. 26. n. 11.* Anno 1637. d. 19. Aug. ministerium *Quedlinburgense Neopolitan.* ad *D. Nicolai* catechizationem ab antiquis temporibus ibi receptam renovavit ac emendavit, *Consil. VVitteb. T. II. p. 74. b. A.* 1638. Ecclesiæ *Viadro Francofurtanæ* restituta ea, & 1648. d. 8. Julii emendata fuit, *catech. Francofurt. præfat. ad Leß. & Brunnem. Jur. Ecclesiast. L. 1. c. 6. m. 5. § 3. p. 200.* Præ cæteris Ecclesiam Christi hoc opere incomparabiliter de meriti sunt immortalis memoria dignissimi principes, ERNESTUS & FRIDER. VVILHELM, Duces Saxonie &c. p. m. quorum

rum videlicet auspiciis catechizandi ratio in Ecclesias Ducatum Gothani, Altenb. & Coburg. A. 1643. introducta fuit. Videantur de ERNESTO, *Append. Gothana (T. II. Consil. VVitteb. p. 73. a. sq. 77. a. b.) Goth. Catechismus Übung/mandatum (in Consil. Reformator.) & curriculum vitæ* Ejusdem; encomia *Theologor. VVitteb. in Consil. T. II p. 77. b. Großgeb. Wächterst. c. 6. p. 115. 116. Schröderi Zucht; Posaune/ G. 4. b. Glassii Exeges. P. I. p. 1289. Chronicon Thuringiacum p. 194. novissime Dn. Tob. Pfanneri de Catechumenis Dedicat. a. 2. & ex ipsorum adversariorum numero Illustrissimi discret. Cathol. L. 3. c. 2. Sect. 1. p. 429. 430. De FRIDER. VVILH. autem post *Praxin Catechetica[m] Altenburgensem B. Caselii in præfat. & Edictum laudatissimi Principis ipsum: wie und auff was weise hinführo einfältige Leute in Catechismo &c. sub dato Altenb. d. 19. Aug. 1643. Ejusdem Curric. vit. in Funeral. p. 55. B. D. Musæi sermo funebr. ibid. p. 577. Dn. Sagittarii t. t. Rectoris Salsfeld. Panegyricus l. c. p. 788. Idem in Ducatibus Brunsvicensi & Lunaburgensi pie admodum præstitere D. AVGVSTVS & GEORG. VVILH. Duces Brunsvic. &c. videantur Edicta eorum in *Consil. Reformator. ut & Doctrinæ Catechetice Lunaburgensis titulus, & recentissime de consuetudine Brunsvicensis, Joh. Meyerus in Calendar. currentis anni frontispicio. Circa A 1644. Hannoveræ item in Dynastia Kniephusæ & Ascaniæ catechizatio restaurata fuit, Consil. VVitteb. T. II p. 79. b. 82. b. Cellis Saxonum floret vivente & teste B. D. VValthero in *Glor. Catech. dedicat. B. 4. Lubecæ juxta ordinem a Magistratu ibi constitutum anno 1647. & Catech. Rev. minister. illius præfixum; & Vlmæ, Edel. Thesaurus T. I. hom. 2. p. 23 usus ἑλεγχῶ; & Norinbergæ, Exercit. catech. Norinberg. præf. B. D. Iherr. Postill. P. I Dom. I. Adv. hom. 2. p. 14. & P. II. 118. Trinit. conc. 2. p. 198. Crosnæ aliorumque forte locorum Marchiæ Brandenburgensis (ita lego in *præf. catech. Odera-Francofurtan.*) In Ducatu Megapolitano a Gustavo Adolpho, Duce Megapolitan. sub dato *Gustrovi 12. Febr. 1661. restaurata, quam Majores Ejusdem, juxta Constitut. Ecclesiast. Mecklenb. olim instituerant. Conf. Joh. Coler. Oec. Calend. mens. Febr. p. 23. 24. & in specie Rostochii Magistratus circa a. 1656. mandatum de eadem restauranda publicavit, cujus autem effectum bellum ejus temporis impedivit; at examen catechetorum singulis anni quadrantibus habendum factum fuit ibidem initium a. 1666. referente B. Schrödero in *der Zucht; Posaune; De Ecclesia Mœno-Francofurtana liquet ex antecedd. c. I. §. 14. annotat. ad quæ conf. Dn. a Seckend. Christen-Staat addit. III. III. 2. p. 287. De Argentoratensi, ex ordinat. Ecclesiast. p. 80. & Hassiæ Darmstadtinæ, cura B. Menzeri, testis est Reverendiss. D. D. Spén. in *dedicat. cateches.*; aliisque forte Restaura-******

§. 22. Quarum exemplis edocti cœtus quidam particula- non com-
res in Saxonia Electorali etiam eandem vel instituerunt vel re- munis,
stauraverunt, in præsentem usque diem tenentes.

libri

v. g.

v.g. in Lusatia utraque; in Thuringia, pagis præsertim; in Misnia quoque, ut Martisburgi; item in tractu regionis metallifera, tempore æstivo, a Paschatis scilicet usque Michaelis, die Dominico pariter & Mercurii juventuti catechismus inculcatur, die Kinder-Lehre vocant M.S.S. Repertor. sacr. c. 2. §. CAVI. p. 297. 298. & aliis quibusdam locis montanis, nec non pagis aliquot, sicuti v.g. ex A.VV.P.M. Kurzen Catechismus: Unterrichtung für etc. nicht allein in denen Fasten-sondern auch hier gewöhnlichen Sommer-Examinibus &c. præf. p. 4. &c. patet.

nec integra, quæ

§. 23. Cæteræ quoque Ecclesiæ nostrates non omni plane destitutæ catechesi Examina Quadragesimalia *; quædam illum etiam morem, quo juvenus utriusque sexus catechismum coram cœtu Ecclesiastico quærendo & respondendo invicem exercere solet, retinuerunt.

* De quibus notetur velim: (1) ne cum catechesi Ecclesiastica perpetua confundantur, illa tum in antiquis tum recentioribus Sanctionibus Ecclesiasticis Electorum Saxonix seorsim & verbis huic contradistinctis demandata esse. (2) Hic Lipsiæ ea Anno 1648. restaurata singulari zelo ac fervore præ multis aliis civitatibus quotannis institui, vid. *Ordinat. Lipsienj. von Fasten-Examen de A. 1648*, ubi & modus, dignus sane, quem aliæ Ecclesiæ imitentur, describitur.

desiderata

§. 24. Veruntamen in illis catechesis Ecclesiastica publica perpetua (qua de nobis in præsentis capite præcipuus sermo est) longo fati annorum spacio hæcenus siluit; & videbatur ideo non immerito nova rursus restauratione & emendatione catecheson nobis opus esse: nec deerant tam e Theologis quam Politicis, summi Viri, pridem hodieque, qui Ecclesiæ nostræ aliarumque, quæ defectu laborabant eodem, statum illuminatis oculis inspicientes, illam catecheseos speciem, utpote præcipuam & utilissimam in Ecclesiam reduci serio suadebant. Inde tot eorum justæ ac graves querelæ, tot pia desideria & saluberrima consilia audiebantur undique & passim legebantur.

Theolog. V Vitteb. *Consil. T. I. p. 786. a. II p. 74. b. 76. b. 78. b. 81. b. 83. a. b.* B. D. Henr. Mull. *Evangelische Schluss-Rette / P. I. p. 510.* B. Schupp. *Opp. p. 186. seqq.* B. D. Dannh *L. C. T. I. Conc. II. Prooemial. p. 10. T. II. P. II. Conc. XX. p. 436. 7. Κεττιχνοιν, &c.* B. Grosgebavv. *in tr. die Wächter-Stimme c. 6. n. 6. p. 113. seqq.* B. Schröderi *in libello die Zucht-Posaune / de prima abominatione;* B. Meisneri *Exam. Catechism. Palatin. Diss. II. §. 2. p. 17.* B. Brunne-
manni *Jur. Ecclesiast. L. I. c. 6. m. 5. p. 198. seqq.* Illustr. Dn. a Seckendorff *Christen-Staat III. X. 7. p. 638, 639. & Addit. III. III. 2. p. 281. seqq.* Reverendiss.

rendiff. D.D. Speneri in *Piis Desideriis* p. 151. b. (& p. 270. 340. 19. in appen-
dice duorum aliorum Theologorum; nec non *Beitrag Einers Obadie* p. 180.
seqq.) *Cateches. dedicat. & Conc. comital. Dresdens. D. 3. 1.* Maxime
Venerandi Dn. Scriverii in *Seelen-Schatz* P. II. *Conc. IV. §. 12.* p. 419. 420.
Magnif. D.D. Carpzovii in *Jugend-Sprüchen* XXIII. p. 442. Pl. Rev. D.L.
Fechtii *Appar. ad Ep. Marbach. c. IIX. p. 289. seqq.* Huc pertinent:
wohlgemeynter *Catechet. Lehrtrieb* ic. Gotha/ 1676. 8. totus & Maxime.
Reverend. D.D. Kortholti *Auffmunterung zu sorgfältiger Unterweisung der*
Einfältigen ic. p. 49.

§. 25. Et video quoque illa autoritate Magistratus apud instituitur
nos non plane destituta fuisse: siquidem Divorum Electorum Sa-
xonix, τὸν ἐν ἀγίοις, rescripta & sanctiones Ecclesiasticæ aliqua in
hanc rem habentur; at quorum piæ ac laudabili intentioni, uti pie
ac utiliter institutis plerunque accidit, eventus ipse tum non re-
spondit.

JOH. GEORG. I. gloriosissimæ memoriæ A. 1644. venerandi Collegii The-
ologici Academ. V Vittebergenf. Judicium hac de re, quod habetur *T. II.*
Consilior. p. 79. a. b. sub dato 16. Mart. ejusdem anni, (videfis quoque *p. 81. b.*)
non postulavit modo, sed & illo gratiosissime confirmato, Exercitium
catecheticum *Edicto quodam peculiari* pientissime demandavit. JOH.
GEORG. II. recordationis beatissimæ, idem fecit in *Decreto General. Syno-*
dal. anno 1674. reviso §. 3. & II. nec non aliis peculiaribus quibusdam *Edi-*
ctis.

§. 26. Quoad Sereniss. & Potentiss. Princeps ac Dominus, denuo
Dominus JOH. GEORGIUS III. Elect. Saxon. & c. Patronus & Nu-
tritius Academiæ hujus clementissimus, thronum gloriosissimo-
rum Majorum suorum ascendit: tum enim prima Ei cura & præ-
cipua extitit Religionis & Pietatis; γ) in quarum elementis, quæ
catechesibus traduntur, quantum momenti positum esset, cum
pro sapientia sua minime ignoraret, mox sub initium feliciter sus-
cepti regiminis laudatissimo catecheseon exercitio illustrissimos
oculos animumque non solum intendit, & hac fini explicationem
ad catechismum Lutheri conscribere deque emendatione exer-
citiæ catechetici sententiam ferre Reverend. Minist. Dresdens. in
mandatis dedit: δ) sed & multis in hanc rem Ecclesiastici alio-
rumque senatum summorum auditis consiliis, hacque pientissi-
ma voluntate sua cum Statibus ad comitia provincialia sub finem
anni prioris convocatis prius communicata ε), illud tot piorum
G
votis

votis hactenus expetitur in salutarem tandem effectum deduci, ac proinde explicationem illam catechetica[m] edi, eidemque necessariam de forma ac ratione catecheseos instructionem præfigi, gravissime demandavit. §)

γ) videatur qv. hoc & sequentia omnia *Edictum catech. Dresdens.* præfixum.

δ) Anno 1683. ε) videantur ex *Actis Comitibus Propositio* d. 26. Octobr. publicata: *Catechismus Bedencken* / a Dnn. Deputatis oblatum d. 16. Decembr. & *Landtags Abschied* / de 5. Febr. currentis anni. ζ) dato 24. ejusdem.

§. 27. Idem Serenissimi Duces Saxoniae reliqui, Potentiff. Electoris propinqui, in ditionibus quisque suis, in quibus catecheseos vel restituenda vel emendanda fuit, piissima ratione præstitere.

v.g. in patria mea dilectissima d. 5. Febr. hujus anni denuo coepta catecheseos salutari more non solum omni die Dominico generalis illa sed & specialis diebus Jovis ac Veneris cum competentibus S. synaxin conjunctim publiceque habetur, cui Dominus proporro benedicat.

cū effectu.

§. 28. Quod igitur nunc in toto Electoratu Saxoniae catecheseos optime floreat; quod omni die Dominico eas frequentatum accurrat populus, confluant catechumeni; quod sonoris catechetarum catechumenorumque vocibus resonent templa & scholæ domusque piorum iisdem perstrepant: id omne Serenissimorum Electoris Ducumque Saxoniae pietati post Deum merito feramus acceptum.

In specie, Dresdæ & Lipsiæ, urbibus metropolitanis, exercitii illius catechetici initium, illic quidem d. 8. Jul. in S. Crucis, hic d. 15. mens. ejusdem in D. Nicolai & Thomæ templis B.C.D. rursus factum fuit.

§. 29. DEUS TER OPT. MAX. Eis pientissimam mentem hanc perpetuo servet, & in longos annos, gloriosos, felices ac ex omni parte beatos præstet Eosdem: quo sub regimine tam pio tamque felici in Ecclesia Christi Saxonica universus populus Domini prophetet & effundere Jehovah dignetur super eos Spiritum suum; (Num. XI. 29.) quo salutare institutum hoc proprium nobis fiat atque perpetuum;

Cui benignissimo Numini pro præstita jam gratia sint
Laus & Gloria per JESUM in Sp. Sancto!

Amen.

Addita-

Additamenta ob fugam vacui: ad c. I. §. 68. & 69.

Hujus generis explicationes catechismi B. Lutheri catecheticae plurimae ex-
 rant, tam publicae h. e. publica autoritate conscriptae vel in Ecclesia qua-
 dam particulari publice receptae, ut sunt: V Vittebergensis (*Matthes. conc.*
VI. de vita Luth. p. 63. a.) Graeca quaedam cura GEORG. Pr. Anhalt. p. m.
 ad iuvandas gentes Graecas; Staadensis (*Consil. VVitteb. T. I. p. 786. a. sqq.*)
 Quedlinburgensis. (*l. c. T. II. p. 74. b. sqq.* commendatur cum Gothana a D.
 D. Spen. praef. catech. sui) Argentoratensis: Vlmensis (*Edel. Thesaur. T. I. pag.*
133.) Brunovicensis *Mönchmeieri*; Moeno-Francofurtana; Dantiscana
 D. Mauckisii; Vratislaviensis; Martisburgensis D. D. Sittigii; Torgaviensis
 D. D. Hofmanni; Pegaviensis; Laubensis *Bobemi*; Eiderstedtenensis *Lonneri*;
 Onol. in; Göttingensis *Sötesleischii*; quam privatam, quales *Rhegi* in usum
 Principum Lunæb. juniorum; *Tettelbachi*, *Dresseri*, *Geseni*; *Catech. Fr. Selne-*
ceri, *Gigantis*, *Balth. Mulleri* (*e catal. Edel. T. I. p. 43.*) *Mörlini*, *Raudtii*, *Vi-*
scheri, D. Andr. *Musculi* catech. e Patribus (commendatur in praef. catech.
Viadro-Francofurtan.) *Sarcerii*, *Calobii*, *Glaseri*, *Botfacci*, *Vulpini*, *Sommer-*
feldi, *VVeinheimeri*, *Saldeni*, *Bakii*, *Poetii*, *Titii*, *Mengeringii* catech. Patri-
 archal. *Christ. Mulleri*, *VVigandi*, *Moibani*, *Höferi* *Himmels-Beg/Lonneri*,
Liescobii, *Horbii*, *Mauritii*, *Hentzschelii*, D. D. *Kortholti* *Spruch-Catech.*
Evangel. Catech. Milch *Erphord.* *Kinder-Lehre* *Baruth. Catech. lauterer*
Lehrbrunnen *Argentorat. Catech. Erklär. VVitteb.* Rursus aliquae scho-
 lasticae, in usum scholarum praecipue scriptae, sunt: *Loffii*, *Trocedorffii*, *Die-*
terici *Institut. catech.* (*praefat. Facult. Theol. Giessens.*) *Eckardi* *Fran-*
ckenhusana, *Piltzenii* *Pirnensis*; & in specie catechizationis catechumena-
 rum, D. *Musc. von Jungfer-Schulen* / B. D. *VVelleri* in usum Sereniss.
 Principis, *Erdmuth Sophiae*, p. m. *Aliae domesticae*: *Fabricii* *Haus-Kirche/*
Argentoratensis *Heupelii*. *Aliae* pro confitentibus & accessuris S. syna-
 xin, ut: *Spangenberg.* *Erotemata* *Luth. aucta*; *M. Adami* *annulus memorialis*
 &c. *Elencticae* sunt; *Gisenii* *catech. Luth. vindicatus*; *Schröderi* (commen-
 datur in *Dieterici. Institut. dedicat.*) *D. D. Hoffkuntzeni*. Huc etiam re-
 ferri potest *D. D. Mayeri* *Papisticus*. *Practicae* tandem: *Kesleri* *catech.*
patientiae; *Mengeringii* *Erotem. catech.* *Haec* sunt explicationes catecheti-
 cae in *Luth. catech.* (praeter eas, quas allegandi in ipsa *Dissert.* occasio ex-
 titit & ego hic ideo praeterii) de quibus mihi quidem constitit: aliis enim
 alias adhuc & plures forte suppetere, non negavero. Tales vero non
 sunt quaedam aliae Lutheri nomine venenum erroris de peccato origi-
 nali occultantes *VVinckii*, *Hauseri*, *Flacii*, *Spangenbergii* (*Schoppius* *vindi-*
ciis catech. adv. Manich. & Substantiistas;) item Jesuitarum e scriptis B.
 Lutheri prioribus compilata, (*Carpzov. Isag. p. 944.*) cui opponi potest *D.*
D. Mayeri *Papistica*; *Crypto-Calvinianorum* *Pratorii*, *Pezelii*, alia ver-
 sioni *Bibl. Luth.* subjuncta (*Consil. VVitteb. T. I. p. 31. b.*) nec non *Ubiqui-*
tistica (*VValth. glor. catech. p. 282. 283.*)

§. 70.

Extant & alii eorundem catechismi, particulares & privati. Pontificiorum: Bohemicus jussu Ferdinand. Reg. Bohem. Hispanus Phil. II. Hispan. Reg. mandato; *Petri a Soto* ad voluntatem Ottonis, Card. & Episc. August. Mechliniensis provincialis & Sylvæducensis, *Bellarmini* major minorque Clem. II. mandato, *Bailii* jussu Archiepisc. Burdegalens. *Erasmi*, *Canisii*, *Ederi*, *Nauseæ*, *Clitovæi*, *Costeri*, *Cedesma*, *Malevolette*, *Hunæi*, *Busæi*, *Prateoli*, *Conradi*, *Clingii*, *Sonnii*, *Augerii*, *Antonii*, *Richeomi*, *Coloniensis*, *Lutz*, &c. (*Possëvin. appar. sacr. voce Catech. Alegambe Biblioth. Soc. Jesh. Molan. Biblioth. materialium voce catech. p. 26.*) Calvinianorum: *Emdanus*, Anglicanus (*ordinat. Ecclesiast. Anglican.*) *Tigurinus Bullingeri*, *Bipontinus*, *Hasliacus*, *Ecclesiarum Gallicarum* (*Ep. Limb. XCI. p. 165. a.*) *Basileensis Verensfeldii*; *Calvini*, *Hemmingii*, *Beza*, *Tremellii*, *Perkinsi*, *Dasingi*, *Balbani*, *Monhemit*, *Dyk*, *Krenzheimeri*, *Vereti*, *Untereyck* & *de Vitte* &c. (*Voet. Polit. Eccles. P. I. L. II. Tr. III. C. I. §. 5. q. 6. I. p. 863. sqq.*) Socinianorum: *Claudiopolitanus*, *Ostorodi* & *Moscorovii*.

c. II. §. 5. not.

D. L. Dheim Catechetica isophrax ad catechizat. in Synodo Bornens. hujus anni proposita.

Analysis Rescripti Electoral. & Instruct. præliminar. Catech. Reverend. Minister. Dresdens. præmissi.

Catecheseos Cause I. Efficiens 1. principalis, DEUS (*Instruct. §. 1.*) 2. subordinata, Magistratus qu. institutionem (*Rescript.*) qu. promotionem (*§. 11. 21.*) 3. impulsiva (*in Rescript. wir wahrgenommen daß ic. & Instruct. §. 4.*) 4. ministerialis a) minister Ecclesie §. 9. 10. 11. 12. 13. 18. b) magister scholæ §. 8. c) pater familie §. 7. II. Materialis 1. in Qua §. 4. 12. 14. 18. 2. ex Qua §. 1. 3. 4. 5. 9. 14. -- 18. III. Formalis §. 11. 12. 14. 15. 16. 18. IV. Finalis §. 3. 5. 18. 22. Diviso in Ecclesiasticam, cujus locus §. 10. 19. (quo locatio catechumenorum etiam pertinet §. 12.) tempus §. 10. 16. -- 19. aliæ circumstant. §. 10. scholasticam §. 8. 20. domesticam §. 7. Historia §. 1. 2. & Rescript.

ERRATA

præcipua B.L. corrigere haud gravabitur: in præfat. ad Lect. in marg. Cic. de fin. 3. in c. I. §. 14. not. p. 11. lin. 9. indignum l. 10. Ecclesiastica l. 11. parvulos §. 15. l. 2. administratione p. 13. §. 21. not. l. 2. (in. p. 16. §. 29. l. 5. elementis. p. 25. §. 59. not. l. 1. maj. §. 87. not. p. 33. l. 5. fin. p. 35. §. 97. lin. 2. quarundam. cap. II. §. 3. not. p. 39. l. 10. habita p. 40. §. 6. l. 3. Ambrosii.



Im 56

ULB Halle
006 835 97X


3



10/17







Dissertationem
THEOLOGICO-PRACTICAM
De
CATECHESI,

Juvante DEO,
&
Summe-Venerando Collegio Theologico
consentiente,

in
PHILYREA ILLUSTRATA,
Sub
PRÆSIDIO
Viri Maxime-Reverendi atque Excellentissimi

DN.
D. VALENTINI ALBERTI,
Philosophi & Theologi apud Lipsienses ce-
leberrimi, Præceptoris & Promotoris sui æternum
devenerandi,

add. XXI. Augusti, ANNO M. DC. LXXXVIII.
In Auditorio Theologico

horis consuetis
instituet
M. CLEMENS Thime / Cizensis,
Alumnus Electoralis.

LIPSIÆ,
Typis CHRISTOPHORI GUNTHERI.